

Ator, ne misericordiam Domini audient sine iustitia, nec iustitiam sine misericordia. Edic, mi Christiane, quorsum te via? ad terram promissionis, autem beatitudinis: scito ergo, viam non esse aliam, nisi iudicium inter duos hos montes: utende bene: ex parte dextera audies benedictiones misericordiae: *Verbe Benedicti*: ex parte sinistra audies maledictiones iustitiae: *De maledicti*: tu curam habe, ne alteramquam solam inueniaris: intuitu enim huius, solius desperationis: intuitu illius, solius presumptionis periculum incurres. *Medis iustissimus idem.*

§. III. Tertio indefinenter curandum est.

7. Tertium denique morbi caduci remedium est, ut aeger homo, ita inter equos rapturus indefinenter, & ad lassitudinem usque curat. Et idem est recidivi remedium, ut curat, & fugiat relapsus periculum, ac occasum: ubi occasio non legitur, ibi plane frustranea sunt cetera remedia, neque potest proficere ipse Dominicus Sanguis, nisi deest hac fuga occasio: In amarissima Pisonis Domine trage dia vidimus, geminos Christi Discipulos a sanctissimo suo Magistro rupit decessisse: primus erat Petrus, qui in atrio Pontificis Christum Dominum ter negavit: alter erat Judas, quem perdidit perdidit. Uterque gravissime deliquit: sed quamvis absent cetera, post commissum utriusque peccatum facile adverti poterat, Judam desperaturum, Petrum autem penitentiam acturum: quaritis, ex quo indicio? sacra Scriptura per unicum id voculam inault; post peccatum negationem ponit Petrus, & *egressus foras flevit amare*: (Luc. 22.) Recte agis, o Sancte Apostole, egerendum est, abundum est, fugiendum est sceleratum consortium, quod te ad nefas pellat. Econtra Judas post peccatum traditionem, quamvis facti penitentia datus fuerit, nihilominus retulit triginta argenteas Petri pibus sacerdotum. (Matth. 27.) O infelix traditor, quid agis? itane audacter regredieris ad facinoris complices? che! irrestitendum est sanguinis pretium, potius mitte per aliam, quam feras per teipsum: Advertis, Christiana pectora, quod indicium fuerit, Petrum ad frugem rediturum, Judam periturum: mirum quia ille occasionem fugit, non iste.

Duo geminos peccatores in veteratos, consuevit utriusque, unus post susceptum Paschale Sacramentum totus a se alius est, fugit hanc, vel illum domum ubi ante periculose conversabatur, erga pravos socios, quibus antea affueverat, totus autem, ac peregrinus est, declinat chous, gurgulium, & confabulationes: & haec ex toto corde gratulabor, a morbo educio anime, aut jam liberatos, aut certe liberandos est: quia fugit, quia curat, quia declinat. Econtra alter, qui bene declinatio Divini corporis Epulo, jam hinc in hac, vel illa domo, in tripudis, in compositionibus, in familiaribus gaudiorum consortiis haret. O infelix, tibi con-

doleo; tu in desperatissimo spiritualis epilepsia malo contabescas, ac peribis; quamvis enim Dominicum sanguinem hauseris, quamvis misericordiam imploraveris, iustitiam placeveris, necdum tamen ad sanitatem proficientia hac tunc remedia; nisi iugias, nisi curras, nisi vi tu abripias.

8. Sed opponet forsitan nonnemo: quid dicent homines, si subito mutatioe bardus stotus, & inhumanus appaream, ac repente fugere incipiam; quod antea amavi? O impudens obiecto! Itane miser usque adeo te terret idolum illud? quid dicent homines? Dic, obsecro, si revera corpore tenus morbo caduco afflicteris, & cernerent te homines inter duos equos medium currere, fugere, raptari, an ob disteria hominum cursum tam salutarium esse omittitur? neutiquam sane: dices profecto, mihi plures interest sanitare, quam hominum loquacitate. En hoc diciturus es, cum ageretur de valetudine corporis: ergo idipsum repono, cum agitur de valetudine anime: die, plures mihi interest sanitare, quam hominum loquacitate, idque tanto magis, quia immortalis anima impalpabilis praestat corpori morituro, &c. &c.

9. *Epilogus*. Habetis, Christiane anima, habetis medicamentum efficacissimum contra morbum caducum anime, id est, contra relapsum: medicamentum, quod per compendium consistit in tribus his punctis: Primo in frequentatione Sacramentorum, Secundo in spe, & timore Domini. Tertio, in fuga pravae occasiois. Nunc iterum iterumque rogo vos, *Expurgate vetera fermentum*, ut post festa Paschalia sitis nova conspersio, nova, delicata, ac sana anima. Quod si rogans nihil impetrem, dico vobis ad terrorem vestrum illam S. Augustini gnomen: (1r. 12. in Jo. sul finem.) *Ipsa se interim, qui precepta Medici observare non vult. Haec precepta extrema ac ultima sunt; si minus profuerint, desperatum est malum. Et si vobis constitutum est, in malo desperato interesse; mihi saltem sufficit scisse, quae Medici tunc, & salutaris potionem propinasset, sperans id, quamvis sine fructu, tamen non sine merito fore. Amen.*

Dominica Paschatis.

CONCEPTUS III.

Præscribuntur peccatori penitenti remedia ad perseverantiam.

Ecce sanus factus es, jam noli peccare, ne deorsum aliquid tibi contingat. Joann. 5.

EXORDIUM.

Sicut aegro convalescenti præscribuntur vivendi regulæ, ita & penitenti præscribenda sunt.

1. Cum aegrotus a lethali infirmitate convalescit, non statim illi permittitur facultas

tas ad pristinam vitam licentiam, ad esum, ad potum, ad laborem, qui antea affueverat, prohibita reduci; sed a Medico præscribuntur illi certa vivendi regulæ: dicitur illi, mi bone, recorde, quanto labore consistenter recuperata sanitas; necesse est igitur, ut aliquanto adhuc tempore inferiori aura abstineas, in cibo, & potu moderatissimus sis, ab hoc, & illo educationem generis tibi caveas, domi intra cubiculum te include; alias certe periculum est, ne morbus iam priori malignitate, quam antea recrudescat. Dilectissimi Auditores! scitis utique peccatum est periculosissimum, ac pestilentissimum agrotudo, quæ animam ad mortem æternam adducit: ab hac agrotudine, Deo sint infinite grates! celestis Medicus animas nostras feliciter suavit per salutarem elapsi Jubilæi, & etiam Confessionis Paschalis medicinam: O quantum jubilum fuisse credam in caelesti Patria! Si enim quilibet est coram Angeli Dei super una peccata penitentiam agente, (Luc. 17.) quanta læticia exultasset, credemus coelestis Spiritus hoc tempore, quo, ut speramus, innumeri peccatores cum Deo redierunt in gratiam? Verum quid porro agendum? an iam composita sunt omnia? an iam pro libitu fas est redire ad pristina consortia, ad familiaritates, ad pergracationes, ad choreas, ad amicitias, ad voluptates? avertat hoc Deus: nimis infirmus adhuc est stomachus, & inficiens his bolis devorandis; foret periculum, ne graviori cum recrudescantia invaleret peccatum. Tenenda sunt certa vitæ ordinanda præcepta; Ita caelestis Medicus Charitus ordinarie infirmis, quibus sanitatem prodigiè consulit, huiusmodi monita præscripsit, inter quos homini illi, quem ab infirmitate triginta, & octo annorum liberavit, dicitur edixit: *Ecce sanus factus es: perpende quantum tibi beneficium contulerim, & sollicite tibi cave a peccatis, noli amplius peccare, ne delestus tibi aliquid contingat.* (Jo. 5.) Quis non admiretur misericordiam caelestis Medici, aut hic S. Cyprianus (lib. de Dific. & heb. Virg.) postquam eruit hunc hominem a morbo, in quem incidit, dedit etiam medicamenta præservata, ne recidat. *Dat vivendi morem, & dat innocentia legem, postquam consulti sanitatem.* 2. *Præposito*. Quæris fortassis, mi Christiane, quarum sint hæc præcepta, & regulæ præservatæ contra relapsum? Adalto animis, explicabo, & quidem ex doctrina S. Pauli Apostoli dicentis ad suos Corinthios: *In Ecclesia vobis quinque Verba sensu meo loqui, ut & alius instruat.* (1. Cor. 12.) Quarum sint hæc quinque Verba, non declarat Apostolus, declarat autem ejus in vicem Thomas Anglicus, (ap. Bar. serm. 62. n. 9.) simulque huic dissertationi divisionem ministrat, inquit: *Levo penitentiæ quinque, quæ, quia Doflor debet quinque docere, scilicet credenda, speranda, agenda, timenda, vitanda.* Hæc præservantia remedia in presentiarum; Favete.

§. I. Penitenti resuscitandum est tentationibus.

3. *Confirmatio*. Primo igitur, quemadmodum aeger convalescens semper in promptu habet pharmaca quædam confortativa, quibus se ab incurfu recrudescens morbi pramanit; ita penitens in promptu habeat ad repellendam tentationis vim æternas Fidei veritates, quæ hic intelliguntur per credenda. Non est dubium, redibit infernalis advelarius cum suis tentationibus: quid agendum? S. petrus non monet: *Cui resistit forte in Fide.* (1. Petr. 5.) Cogitate, Dilectissimi, in tentationibus; Quid? ergone offendere illum, qui animam suam pro me posuit? ergone delinquere in illum, qui pretio sanguinis sui litro ab inferno me redemit? &c. O quam energice hanc veritatem inculcavit S. Paulus suis Corinthiis! illam Epistolam, qua efficacissime eos dehortatur ab offensionibus Dei; his verbis concludit. *Amovetis, quia non est vestri? empi enim estis pretio manes.* (1. Cor. 6.) Quo ergo pretio empti sunt? Non mundi, aut maris thesauris, sed vita; & sanguine Redemptionis. Jam percipite, Carissimi, quomodo hæc Fidei veritas præctice contra diabolicas tentationes usurpanda sit: Fingamus agricolam nonneminem cum curru lignorum proficisci in urbem: in ipso suburbio egressus quidam cives emit ligna, & pangitur venditio, multo contentitur. Tum contingit forte, ut dum agricola in ipsam urbem ligna vehit, modo unus, modo alius civium interroget, quo pretio sint venalia? quid responderi Vector? responderi, non esse amplius venalia, esse jam vendita, itaque recta ad domum emptoris pergat. Adverte jam Christiane; redibit ityguis tentator, & pro anima tuâ licitabitur: interrogabit, quid vis pro ea? Vis honores, divitias, voluptates? quid tibi respondendum est? ah! responde, non esse amplius venalem; jam esse emptam a Christo pretio sui sanguinis; tunc cum S. Bonaventura: (in Dian. solut. c. 9.) *Non possunt tibi vendere animam meam, quia alius, scilicet: Christus satis majore pretio emi eam.* Hocque est fortiter resistere in Fide, hoc est eludere tentationis insulsum per credenda. &c.

§. II. Sperandum in auxilio gratia.

4. Secundo, quemadmodum in aegro convalescente summoque necessaria est confidentia in medico, eaque confidentia multum conducit ad valetudinem; ita etiam penitens peccator nullo modo animo depondeat, sed spem firmam in misericordia, & adiutorio Dei reputat; idque intelligitur per speranda. Elto, mi peccator, criminata tuæ innumera, naturam esse fragilem, potestatem demonis magnam, occasiones peccati quam plurimas; nihilominus longe major est Dei Misericordia, & potentior gratia: Recordare, quid in monte Olivæ contigerit: ibi tumultuans Judæorum turba in Benignissimum Dominum involavit

inad

haud aliter, quam efferi leones involant in tenerum agniculum; quide contra Dominus? O remmirandam! non fulmina de caelo evocavit, sed affabilissima mansuetudine excepit tumultuantes. Jam adverte, quid hac super te aiat Venerabilis Avila: (*ap. Barz. serm. 62. n. 37.*) si Dominus Deus tam mansuetum se exhibuit latrocinibus, & carnificibus, ad necem suam irruentibus, quomodo non benignum se exhibebit penitenti, pro impetranda venia suppliciter adgeniculanti? O anima, si serio desideras ad Deum reverti, ne diffide; ne deerit tibi Domini auxillantis gratia, modo tu gratia non desis: &c.

§. III. Fugienda desidia.

5. Tertio, quemadmodum agro convalescenti admodum salutaris est moderata commotio, ita penitenti valde proficuum ad perseverantiam remedium est continua occupatio: ita Christus ipse agrum adhortatus est, surge, tolle grabatum, & ambula. (*Marc. 2*) In quo consistit hac continua occupatio? Respondeo in corporis, & animi exercitatione: corporis quidem, id quod fit per laborem jusvisus statui, ac officio convenientem. Animi autem, id quod fit per iteratas virtutum actiones, per orationes, praefertim eas, quas jaculatorias vocamus, quibus mitum in modum se homo conversat in Dei praesentia. Nihil est peccatori respicere volenti damnosius, quam otium: hoc ubi invenitur, fontemum est mille malorum, ac tentationum, ideo quasi in proverbio dicitur, quod hominem laboriosum nec milleni demones vincant, cum tamen otiosum unicuique profertur. *Transfus per agrum hominis piger, ait Sapiens, (Prov. 24.) & eccototum repleverunt urticae.* Non est mirum; ubi enim fertur, & pigritur, loco tritici, colliguntur Zizania. Verum cur textus iste solum mentionem facit de urticis, cur non & de alio genere lolorum? Non sine mysterio: Dilectissimi! urtica leniter tangentem urunt, non vero tangentem fortiter: ita animi vitia, & pravi habitus damnosissimi sunt humano cordi, si tantum superficialiter eruentur: e contra nullum afferunt nocumentum, si serio, & operoso labore eruantur. &c. O quam praclare agnovit Rex David otii damna, ac pericula! cum jam esset decrepita aetatis, & etiam in praesio, quod cum Philistinis confreuit, de vita periclitatus fuerit, susceperunt illi belliduces, ut domideinceps se contineret: *Jam non egredierit nobiscum in bellum.* (*2. Reg. 21.*) Quid ille? non parvit monitioni, armis sese accinxit, in bella prodivit. Quare? quia jam semel expertus est damna domesticae otiositatis: quando enim in turpissimum adulteri crimen prolapsum est? Scriptura dicit: *Eo tempore, quo solent Reges ad bella procedere:* Eo tempore misit Josabam supremum copiarum Ducem, ille domi ferebat in culcitra: quid evenit? otio, & curiositate diffusus vidit, quam videre non debebat, visam deperit,

perit. Hujus deplorandi lapsus memor, jam damnat otium, atque mavult bellorum, quam otii discrimini se committere. O quam insigne hoc est omnium vere penitentium exemplum, ait Mendoza! (*in 1. Reg. 7. annot. 26. §. 1.*) David penitens non tantum a peccato, sed etiam a peccati periculo totus quantus abhorret. *Enus vera penitentia non solum a peccato, sed etiam a peccati periculo Davidem avocavit.* Sed de hoc max inferius.

§. IV. Timendum pra omnibus peccatum.

6. Quarto Timenda: Quemadmodum ager convalescens semper timide, ac medice vivere, omnemque excessum formidare debet, tanquam fomitem revalescentis morbi: ita peccator vere penitens ex toto corde expavescere debet peccatum: quia relapsus est longe deterior, quam lapsus: id insinuavit clarissime Christus, agrotum inquit: (*Jo. 5.*) *Jam noli peccare, & ne deo terius aliquid tibi contingat, supra quae verba admonens Bernardus (serm. 34. in Cant.)* ait: *Audit? recidere, quam incidere est deterius. Quid sequitur? proinde invalescentis periculo & insolvit & metus.* &c. Mi Christiane, forsitan nosse desideras, an iterum in peccatum sis relapsurus? responsum tibi forma ex quodam textu Scripturae: S. Apostolus Paulus scribens ad Romanos, hortatur omnes Christianos, ut quando Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris: *ita & nos in novitate vitae ambulemus.* (*Rom. 6.*) Cum igitur hac resurrectio sit symbolum penitentiae, qua peccator ex peccatorum sepulchro resurgit ad gratiam, quaerere hic jurat, cur Apostolus hanc penitentiam, seu, ut vocat, novitatem vitae, comparat cum resurrectione Lazari? utique & Lazarus ex mortuali scrobo ad vitam rediit. O mei Christiani! magnum est inter utramque resurrectionem discrimen: *Christus resurgens a mortuis jam non moritur, mari illi ultra non dominatur, ita & Christianus a spiritali morte a peccatis resurgens, non amplius moritur.* E contra Lazarus iterum mortuus est. Haec satis clara sunt: verum, ut quaestioni superius illata satisficiam, iusto ulterius, ex quo desumi poterat, Christum non amplius moriturum, e contra Lazarum iterum moriturum? ex eo, responder Eusebius Emisenus, (*de Resur.*) quia *Christus sine crimine in sepulchro reliquit: non ita Lazarus, proinde a sepulchro cum sudario.* &c. O insigne pro nobis doctrinam! Mi Christiane, si non omnem mortis habitum cum Christo reliquisti, si post penitentiam resurrectionem retines linteamina, & sudaria, intelligi praves habitus, praesentis inclinationes, familiaritates, & morum levitates, cheu! signum est, te iterum moriturum, iterum in peccata relapsurum. &c. &c.

§. V. Et vitanda occasio.

7. Quinto denique, quemadmodum ager convalescens

valenscens insalubres, & crudas dapes, quae in bacillum ventriculum onerant, extreme debet averteri; ita penitens peccator habet quemdam vitanda, inter quae maxime est prava occasio vitanda, scilicet, & periculum peccati. Non solum peccatum fugiendum est, sed ea omnia, quae disponunt ad peccatum. Post lapsum Adami posuit Deus Cherubinum, tanquam custodem ad ostium paradisi: quem in finem? dicit nonnemo, ad custodiendam arborem vitae: verum Scriptura aliter loquitur: nempe *ad custodiendam viam signi vitae.* (*Gen. 3.*) Quoniam Dominus Deus arborem custoditam voluit, ideo etiam viam, & accessum ad illam praemunivit. Quo facto erudimur, ut si cornoltrum ab omni iniquitatis incursum securum esse volumus, non solum ipsum peccatum, sed viam omnem, quae ad illud ducit, praevocentium esse. Quis cordis Paradisum lat ratum esse existimet, si via inobervata, & hostibus patula sit? Certe incautus animabus ipsium contingit, quod crocodilo: (*Plinius apud Barz. serm. 62. n. 11.*) In litore Nilidum crocodilus quietem carpit, ecce adest trochilus, avicula crocodilo amichillima, quae miris blanditiis recumbentem demulcet: fixens animal valde sibi complacet in blandimentis ostiose volucris, illicque sidum aperit, cui insidens trochilus dentes bestia purgat, & ciborum reliquias evacuat. At vero Ichneumon, insensibilis crocodilo multulus, cum patula bellae fuerit conspicit, repente in eas, & in ipsa visera insilit, bellamque miserandis moribus enecat. Ita tibi evenire poterit, O anima! si in litore occasio inerte pietatis, adirit malus focus, tanquam avis incantatoria demonis, & fluaverit tibi blandiendo dux erit, ut gattur aperias, hoc est, ut illi persone iterum colloquaris, de veteri amicitia sermones mifceas: quid eveniet? repente infernalis Ichneumon in cor tuum insiliet; illudque tenacius occupatum, magis mortiferis vulneribus, quam unquam antea conficit. Heu! fuge inimicum litus, fuge occasum.

8. Neque dicas: Non esse periculum, velle te deinceps cum hac, aut illa persona conversari, sicut fratres, & forores; non sentisse te his diebus tentationes ad malum, & quae sunt inimica. O miserum te! ex hac oppositione indiduum capto, te non serio penituisse; nam frivola ejusmodi proposita conceperant milleni, qui modo ardent in inferno. Elio, quod diebus nullum sentieris stimulum ad nefas, hac ipsa frans est manifesta infernalis inimici: In Mauritania, teste Eliano, (*ap. Barz. serm. 62. n. 18.*) dantur crudelissime lynces, quae insidiantur simis. Eo igitur nemore, ubi habitant: simia, lync in terram recumbit, clausis oculis, scobito habitu, mortuam se simulans. Interim simia curiosum animal de arbore descendit explorantem, num revera exanimis sit lyncis inimicus. At ecce! repente insidiator occupat incautam, jugulat, ac devorat. &c.

Feria II. Paschatis.

CONCEPTUS I.

De palmari stultitia peccatorum, quibus Paschalis plenus est mundus.

O stulti, & tardi corde ad credendum! Lucz 24.

EXORDIUM.

Quomodo verificetur illud: stultorum insipientia est novorum. Demonstrat redivivus Salomon. Per substantiam septem urbium Utopia. Id est per septem peccata capitalia.

1. Philosophorum nonnemo ex curiositate Scripturas perlegens, ejus humilem stylum, ubi nullas argumentationes, nullas fortiter, nulla dilemmata, nullos syllogismos reperit; in multis taxabat. Tandem, quoniam ex eorum numero erat, qui credere non voluit, nisi quod manibus palpant, cum casu incidisset in illa Ecclesiastici verba: (*c. 1.*) *Stultorum insipientia est novorum, contemptum habitare, immo Salomonem aperte saltitatis damnare coepit: quid enim? sciebat: tam argutus, & altatus est mundus, ut scientiae summe floreat: & artes omnes ad supernum apicem pertigerint; & ego credam, stultorum plena esse omnia? Non credo, non credo. Audit Rex Salomon in altero mundo existens, suam veracitatem in jus vocari, quod parium suarum esse ratus, ut se ab hac calumnia vindicaret, subito in hunc orbem rediit, & nescio autem, Auditores, an e caelo, vel ex inferno adveniret? segue Philosopho dixit, sic cum allocutus: Heus tu natus Philosophaber, quis tibi jus contulit Scripturas cavillandi, earumque veritates in dubium trahendi? O stulti, & tardi corde ad credendum! (*Luc. 24.*) ut autem tibi ad oculum demonstrarem, me a vero nequitium abluisse, age, una simul institua-mus iter per septenas regni mei urbes, quarum olim pars magna fui, & nisi ubique insignis stultitia vestigia invenieris, saltitatis, & convitii reum me age: &c.*

2. Proposito. Christiani Auditores! sequamur nos itinerantes, & qua ratos Rex Salomona pro-

proclamationem faciet infinite stultitia in mundo
cassitates, accurate peripiciamus. Pro corona
deinde fructum hujus disquisitionis osten-
dam. Favete.

§. I.

3. *Confirmatio.* Itineri se igitur accingentes,
Salomon una cum Philosopho regnum Utopia
perambulavit, primo pervenientes in urbem
Perisubiam. Ibi e turca pendulum conspicitur
nonnemium, quem vestium splendor, & ipsa
vultus maestas aliquid supra vulgus mediocri-
tatem fuisse testabantur. Quærent ergo, quis
sit ille? & audiunt, fuisse gubernatorem urbis:
quid ergo mali fecit? respondetur, nihil: ve-
rum ad restum damnatus est ideo solum, quia
per annum urbis gubernaculum tenuit: est
enim mos hujus nationis, gubernatores urbium
post annum regimen ad infamem trabem li-
pendi. Mirantur isti, secumque ipsis concludunt,
neminem utique futurum, qui ad tam
fatalem dignitatem aspiraret. Verum ubi ad fo-
rum curia perveniunt, vident ingens candida-
torum examen, qui a senatoribus gubernatoris
officium sollicitant, & unus alteri non sine
risis, & altercationibus præferri cupiebant.
Obstupuit Philosophus, & palmarem demerit
istorum hominum detestatus, proximo una
cum redivo Rege devenit in alteram urbem.

4. Nominè *Ariantiam*: ibi vident passim ur-
bis incolæ ante fores domus suæ excubias age-
re: quarunt, quid hoc rei portendat? audiunt
que, quod hujus civitatis iniquissimi tenerrime
diligant suos canes domesticos & pro eorum
in molli culcitra dormientium incolumitate,
contino in vigiliis esse solent. &c. Paulo post
hic abeuntes, altera die perrexerunt in urbem
Luxuriam, ubi omnia in plausibus, & jubilis in-
veniunt: quippe hujus urbis incolæ in assiduis
comestationibus, comotationibus, voluptati-
bus, tripudiis, & saltationibus degunt; hoc
tamen habent singulare soliditatis indicium,
quod, si a vino, & choreis incaluerint, infor-
didissimis, lutosisque lacunis soleant se refrige-
rare, non obstantibus pretiosis vestibus, quos
obscenis paludibus scædissime comparare non
exhorrescunt. Porro hic iterum abitur parentes,
tertia die appulerunt *Vindiam*. Et quid
hic novi? Indigenæ hujus urbis præter aliorum
hominum morem insensibilissimi hostes sunt
solaris luminis, cui quotidie Phaëtonis casum
imprecantur, & ut suam hostilitatem palam de-
monstrant, non solum convitibus, sed & jaculis,
ac lapidibus sursum versus solem ferocunt:
quod plus est, quoniam incassum recidere suas
machinationes conspiciunt, in seipso unguibus
seviunt, & capitis sui, ac capillorum crudel-
lem lancinam exercent. His vitis, subditit
Philosophus, & ad itineris ducem conversus,
profecto, ait, paulatim in tuam sententiam
propendere incipio.

5. Uterius ubi in urbem *Lugam* appulerunt,

in singulis domibus ingentem ciborum appa-
ratum reperiunt: quærentes, qui parentur hæc
edulia? ab incolis responsum accipiunt, esse
genium hujus nationis, quod in subterraneis
specubus serpentum, bisonum, ac vermium ca-
teras asserent, easque delicatissimis oblationis
pascant. Reserunt cupiditatem hominum, &
sine mora iter accelerarunt versus urbem *Riam*.
Hic formidabilis erat tempestas ita ut crebre-
fcerent tonitrua, & cumulatim fulgura & nu-
biloso celo deruerent. Monent igitur incolas,
ut iratum Numen precibus propitiarent, sed
contra audiunt, fulmina incolis ex voto esse,
immo nihil frequentius a civibus, quam tem-
pestates, grandines, & fulgura expecti, & des-
derari. Denique in ultimam urbem, nomine
Deatiam delati, vident hic cum horrore terri-
bile grassari incendium, unamque domum post
alteram in cineres redigi, nec tamen esse ho-
minum vel unicum, qui exuperanti igni fu-
curreret, incolis omnibus gravi sapore sepultis:
discerunt igitur per plateas, & dormientes
excitare, ac de periculo monere laborant: sed
nihil efficiunt, quia incolæ plus dulcem cul-
citam amabant, quam suum periculum formi-
dabant. &c. His consideratis, Philosophus ille
Salomonem de injuria deprecari, quod ejus ver-
racitatem in dubium vocasset, ac ingenue se-
reci cepit, *Stultorum insulsum esse numerum*, atque
postquam Salomonem ad plures redeundi,
valens, in perpetuæ revocationis indicium
loco illi Scripturæ in margine adscripsit:
Probrium est.

§. II.

6. Christiani Auditores! percepistis corticem
fabulae, jam nucleum gustate. Per septenas hæc
regni Salomonici urbes nihil aliud intellego,
nisi septem peccata capitalia, tanquam totidem
stultorum habitacula, in quibus infelix ille Rex
Salomon diu ipse commoratus, suo ipsius exem-
plo, atque experientia didicisse potuit, effrenata
hujus mundi cupiditates nihil esse aliud,
nisi crassa deliria, & ineptissimum stultitiam.
Atque ut de singulis, remoto parabola spiaro,
vobis veritatem habiteam, per urbem *Perisubi-
am* nihil aliud, nisi Superbiam; per illos au-
tem candidatos, qui gubernatores, & patibulo
suspensi, dignitatem contentiose affectabant,
non alios, nisi ambitiosos denotare volui: sci-
unt hi miseri, quod mundana honorum fastigia
non sint, nisi gravia onera, & decemanni sub
speciosis titulis labores: sciunt, quod innume-
ri, qui diu ad regiminum clavos sederunt, ad
Dei tribunal citati, judicati, & damnati sunt:
sciunt, quod Iustuosus Pharaon, Nabuchodonoso-
lor, Balthasar, Holofernes, Ammannus, Antio-
chus iustus DEI supplicis crudeliter puniti
sunt, & tamen ad ardua officia, ad honorum
fastigia, ad populorum regimina diu noctaque
inquiete aspirant. Quid stultici?

7. Quid per urbem *Ariantiam* subaudio aliud
nisi,

stultitiam? Avari sunt illi excubitores,
qui pro cane fuo domestico (ita enim pecu-
niam suam vernacula lingua vocitare solent)
id est pro thesauro suo continuo vigiliis agunt.
Recte Palmographus divites omnes eo aculeo
tangit: *Nihil invenerunt omnes Viri divitiarum
in montibus suis.* (Ps. 75.) Cur nuncupat Viros
divitiarum? cur non potius divites dicit esse
Virorum? respondet S. Ambrosius (apud Bar-
se. 2. u. 26.) ut ostenderet, eos non possessores
divitiarum esse, sed a suis divitiis possideri.
Quis enim possessus, & Dominus nisi ille, qui
quiescit, quies simulus, & subditus, nisi qui
laborat? ecce autem aurum avarorum in cistis,
& seminis moliter requiescit, e contra avari la-
borant, sudant, aestuant, siti, fame, frigore,
curis, & anxietatibus torquentur. &c. Per *Luxuriam*
intellego Luxuriam, per obscenes illos ho-
mines, quos in foetidis paludibus volutari
delectat, intellego luxuriosos; quid enim alius
faciunt isti, cum vino, choreis, & cupiditati-
bus incalescent, quam quod in seditissimo porco-
rum volutabro, id est, in spurcis voluptatibus
se demergant, & pulcherrimam gratiam vestem,
quam in sacro Regenerationis laticæ recep-
erunt, turpissime conspuant? &c. Per *Vindiam*
significat volui invidiam, & per illos
incolas Phæbo insensos, invidios; hi enim alie-
na felicitatis radios in oculis sustinere non va-
lentes, lapidem omnem movent, ut proximi
fortunam evertant, subruant, & supplantent:
cum autem in suis machinationibus se operam
perdere conspiciunt, in seipso seviunt; hoc
est, tristitia, occultaque rabe seipso destruant,
& pessumdant; ideo invidia bene pingitur in
facie macilent, ac erumetum honuacionis, qui
suum ipsamet cor dentibus dilanant; ac de-
vorat. Quid stultici?

8. Per *Lugam*, *Gulam*, perque illos homi-
nes, qui serpentes, ac bufones delicatis obso-
nibus pascere solebant, gulosos indico; dum enim
isti cuticulum tenere solent, carnem delictose
saginant, emid aliud sciunt, quam quod ser-
pentibus, bisonibus, vermicibus, a quibus in
sepulchro edespebantur, dulce convivium præ-
parent? scias enim, mi homo, *Subter te ser-
pentes, & opusculum tuum erunt vermes.*
(Mat. 23.) Per urbem *Riam*, *Irām*, per illos
homines, qui fulminibus gaudent, iracundos
denoto, isti enim nihil frequentius in ore ge-
runt, quam fulgura, & tonitrua: cum a me-
dici advertebat irritantur, cum labor alium
non ad vota succedit, cum jumentum cædet,
curam pauca vexatione turgentur, statim
fulmina, ac grandines invocant, ac mille ma-
la, imprecationesque desumpunt. Quid mirum,
quod in dies infortunia crebrescant, & elemen-
tas & suis ordinibus egressa, nunc eluvionibus
undantur, nunc grandine, nunc pruinis, nunc
peccorum luc, nunc incendiis nostram prosperi-
tatem oppugnant; nihil enim in campis, in
agris, in officinis auditur crebris, quam jura-
ri, blasphemari, fulgura, & tonitrua provoca-
re. *Clavi Spiciles, Concioni.* Pars L

ri. Ille, qui amico roganti de nocte comino-
dare panes nolit, tandem precum importuni-
tate victus surrexit: ita etiam Deus miseri-
coris sit, & punire nolit, nihilominus illi non-
nunquam fulmina, & supplicia etiam nolenti
propter importunitatem extorquentur. Deni-
que per *Deatiam* Accella subauditur, quod enim
illi pigritantes in corporali periculo incendi
fecerunt, id ipsum faciunt accidit in periculo
spirituali anima: isti in sua socordia perseverant,
somnia spirituale dormire pergunt,
salutis suæ negotium nunquam serio tractant,
atemorum obliviscuntur, solum ad terrena at-
pirant, concupiscentiæ dominium permittunt,
occasionem peccati non fugiunt, judicium Dei
non pertimescunt, & conscientiam frivolis di-
caminibus sopiunt, cum tamen in cathedris,
in confessionalibus, in sacris colloquiis identi-
dem moneantur; inferni incendium non pro-
cul abesse; etiam agnoscat flammam jam proxi-
me grassari, tamen veteri lethargo consopiti
torpeant. Quid stultici? &c. &c.

9. *Epilogus.* Jam tandem quod emolumentum
ex hac fabula, & ambulatione erudendum sit,
necesse est, ut pro coronide explicem: Percep-
istis in Universitate Lugunenſi erat Philoso-
phus Professor, nomine Bergerdickius, qui tunc
habebat sententiam illam; posse dari vacuum;
hunc alius quidam hoc argumento oppugnavit:
Stultorum infinitus est numerus. Ergo non datur
vacuum. Substitit Bergerdickius, & responditque
stultorum infinitus est numerus: Concedo non
accidens: Ergo non datur vacuum: Concedo
etiam consequentiam, & subinſero: Ergo ne-
que totum est vacuum: (*Masanius in Argu-
tibus.*) &c. Christiani Auditores, vidistis stul-
torum infinitum esse numerum: hunc fructum vos hæc
dissertatione reportate, ut curetis, saltem togam vestram ab
his esse vacuum. Amen.

Feria II. Paschatis.

C O N C E P T U S II.

Demonstratur infelix peccatorum infamia, quia
tantum animales corporis appetitus sectan-
tur, animam vero negligunt.

Duo ex Discipulis ibant ipsa die in castellum,
quod erat in spatio stultorum insensitum ab Je-
rusalem. *Ec. Lucæ 24.*

EXORDIUM.

Duo fratres, unus prudens, alter fatuus, ama-
nam viam pro secura eligunt.

1. Sanctus Antoninus, Florentinorum Archie-
piscopus (*Int. de 7. doni.*), eruditam ro-
censet parabolam, hodierno sermonis propoſi-
to quodammodo convenientem: Dicit fuisse ge-
minos fratres, prudentem unum, alterum fatuum,
N tuum,

uum, qui in patriam suam, a qua exules procul aberant, remeare cogitabant: in itinere progressi deferuntur ad bivium, seu viam bipartitam, ubi diu, quam ex utraque elegi oporteat, hæsitant tandem rei veritatem ex pastoribus, qui in vicina greges pascabant, indagare staturant. Repoluerunt Pastores: Mei boni! in via hæc, quam ex hac partecernitis, directe in patriam vestram tendit, nec ullis periculis obnoxia est, quamquam negandum non sit, ac non arduum, et inamœnam esse; altera autem, quam ex alia parte videtis, quamvis sit periculosa, & amabilis, est tamen latronibus, & feris sylvestribus inlesta. His auditis, non dubitavit prudens frater securiorem semitam, utur de cetero arduam, eligere; obstitit tamen fatuus: quid deinde agebat, quod pastores hanc viam periculolam alferant? quis scit, verane sint eorum alserta? & posito etiam, non deesse pericula, forsitan tuti evademus? certe major est vestigiorum frequentia in hac, quam in altera via: quis credit, omnem hanc viatorum multitudinem interisse? sequamur alacres, & fruamur his viis deliciis. Diu oblectatus est fratrum prudens, & periculosa habet aliterius invitationes refutavit; tandem vero fatui importunitati victas manus dedit, eunq; qui non jam præibat sed saltuabat, lubens lætatus est.

2. *Propositio.* Dilectissimi! sequamur a longe itinerantes, & itineris successum, ac viam exitum consideremus. Non deerit ad salutem nostram saluberrima instructio; ille ipse enim sanctus Archiepiscopus, qui est parabola auctor, erit & ejusdem expositio, cui pauca pro nostra tenuitate addemus. Favete.

In hospitia laute habentur.

3. *Confirmatio.* Ingrediuntur itaque viam amœnissimam, & viridantes campos, florida prata, crystallinos latices non sine grandi delectatione admirantur: Delati ad primum hospitium capiende refocillationis causa, extemplo ab hospitiis, femina jamjam annola, sed promptissime compta cum omnibus humanitatis officiis excipiuntur: blanditur illa advenis, quos in pulcherrima cubicula, auro, argentoque ornata, ductos blandissime honorat, a famulatio inter domesticis summis in honoribus haberi jubet. Cibantur, potantur, pro mensa lautissime habentur, & quod præ ceteris mirandum, tantum abest, ut ab illis exigatur sursum, ut potius abundantibus insignes divitiæ, & pecuniaria munera offerantur, quæ quidem prudens frater pro sua urbanitate moderate acceptabat; fatuus autem insatiabiliter corradabat. Facta valedictione, iterum per amœnissimos calles inambalantes post intervalum ad alterum hospitium deferuntur, cui vœnustissima quidem, sed profuturæ fame femina præerat: Rustus excipiuntur officiosissime, pascuntur delicatissimis obolentis, vinis generosis

fimis, frugibus exquisitis: remota mensa, adfunt musici, qui suavissima musica aures exhibebant, adfunt saltatores, ac saltatrices, qui oculis jucunda spectacula facebant, continuabatur fidium concertus, & applausus, & juba in seram noctem, nec quidquam deerat, quod ad plenam sensuum oblectationem facere poterat. &c. Altera die itineri accincti post confecta denuo aliquot miliaria ad castellum nobilissimum cupuldam, ut dicebatur, Dynastæ perveniunt, a quo itidem humanissime invitati mensæ adhibentur: supra mensam laudabat Dynasta eorum studia, recte fecisse, ajebat, quod relicta altera difficili via, has per amanas regiones elegissent: ibi non sunt, nisi ardui, & salubrii calles viatoribus perquam molciti, regio est infructifera, in hospitibus nil nisi jejunia; quibusque autem in hanc regionem ad me, meaque sorores divertit, honoribus, deliciis, & omniæna felicitate potitur. Hæc dista videri audebant fratres, & se nescio quantum felices reputant: quin immo post suum castellum abibat ajebat fatuus insultat ad fratrem: quid tibi videtur, o frater, nonne hæc via incomparabiliter commodior est altera? age, fruere bonis, exhilara te, quid tristi, & subulosa fronte ingrederis? non est, quod timeamus malum.

Sed domum ad Judicem rapati ad furcam damnantur.

4. Hæc dum loquuntur, repente a longe advenantem satellitum, & apparitorum turmam conspiciunt; exhorrescunt primo, deus se sub dumentis occultare parant: sed frustranea erat he occultationis industria: protrahuntur in lucem, & quantumvis innocentiam suam criminis ignaram obtendant, quantumvis preces cum lacrimis fundant, injectis vinculis ad Judicem rapiuntur: hic vident geminam suam hospitiosam, & una memoratum Dynastam accutatos aditare, a quibus unanimiter pro furibus, pro raptoribus accusati, ad furcam pectebantur: nil valere preces, nil exculpationes, moriequum erat. Tum enimvero incondito cum ejulatu lamentari fratrum prudens cepit, quod fatuo morem gefisset: tu impie, stulte, causa es mei infortunii, volui ego securiorem eligere, & tu me a via prospera, a pastorum consilio retraxisti: Væ tibi! quia innocenter ex tua culpa pereo. Econtra excipiebat fatuus frater, tu fecerale causa es nostri interitus: cum enim supra me sapias, non debuisses decere me suggestioni, sed me corrigere, & meliora eligere. Itane fe res habet? subintulit Judex: ergo uterque mancipium esse incipiat. O quam inultum catastrophæ hæc deordinatio post se trahit!

5. *Fit, in manifestudine sermone animam tuam, & de illi honorum secundum meritum suum. monet Spiritus S. per Ecclesiasticum. c. 10. v. 13.* Quis est ille honor debitus anime? reponit Cornelius a Lapide (in Eccl. hic): Honor ani-

Frater sunt anima & corpus.

5. Utinam jam mihi suppeteret eloquentia nervosam explicationem adjuvandi, quam idem S. Doctor continuat. Dicerem certe ad vos, velut continuat Nathan ad Davidem, tu es ille Vir. Quid intelligitur per geminos fratres, prudentem unum, alterum fatuum, nisi animam, & corpus hominis, quæ quamdiu in hac vita exsulant, tandem ad caelestem patriam, finem nostrum ultimum tendunt. Per duplicem illam viam quid subaudiatur, nisi gemina illa de qua Christus Dominus, *Ardua via est, quæ ducit ad vitam, & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem?* (Matth. 7.) Hanc viam perditionis, quæ imaginariis quibuldam amonitionibus recepta est, eligit imprudens corporis cupiditas præ via salutis; quia hæc nonnullis difficultatibus referta esse videtur: o quam superflua est utriusque exitus, si anima corporis ductui obsecundat; hinc S. Gregorius (ap. *Sperant. script. sel. pass. 78.*) ait: *Stultus vinor est, qui in itinere amana præta conspiciens, oblitiscitur, quæ tenetabat.*

Hospites fallaces sunt mundus, caro, demon.

6. Per primam illam hospitiosam, quæ geminos fratres honoribus, ac divitiis cumulavit, intelligitur deceptorius iste mundus: per alteram procacem, & impudencem, quæ illos musica, tripudis, vanisque oblectationibus coluit, intelligitur blanda, ac petulans caro: per molrosum Dynastam denique, qui palmarem illorum stultitiam approbavit, intelligitur astutissimus demon: Hæc damnabilis trias, nunc quidem invitat hominem ad inanes delicias, ad periculosa consortia, ad lusus, ad choreas, ad commensationes, ad vanitates saculi, ad seculares; verum cum aliquando adveniat Divina Justitiæ apparitorum, id est, morbi, infirmitates, ipsaque mors, cum migrandum erit ad Dei judicantis tribunal, tunc mundus, caro, demon, detracta amicitia larva, hostes nostri, ac accutatos gravissimi erunt. Unde quæso, Dilecti Christiani! unde tanta cecitas? unde periculosa dementia, quod capitalibus his inimicis fidem habeamus, viamque eligamus, quæ ducit ad interitum, præ illa, quæ ducit ad vitam? unde quæso, unde? Respondebo, si mihi appromittatis, quod hoc responsum, tanquam fructum totius parabole, altum cordi imprimere velitis. Nempe totius mali origo inde fuit, si anima, quæ rationis gubernaculum tenere deberet, corporis ductum sequatur, ejusque mancipium esse incipiat. O quam inultum catastrophæ hæc deordinatio post se trahit!

7. *Fit, in manifestudine sermone animam tuam, & de illi honorum secundum meritum suum. monet Spiritus S. per Ecclesiasticum. c. 10. v. 13.* Quis est ille honor debitus anime? reponit Cornelius a Lapide (in Eccl. hic): Honor ani-

me debitus est: ut illa, quæ Regna, imperia corpori, & sensibus, quæ subditis, & ancillis. Anima dominari corpus famulari debet; hoc mancipium sit anima, casque functiones obedienter peragat oportet, quæ ad consecutionem ultimi finis sunt necessaria. Quæ ratione ergo tolerari poterit præposterus ordo, quod anima famulam, corpus dominam agat? nonne, mi Christiane! interrogat S. Bernardus (lib. *Med. c. 3.*) nonne tantam deordinationem non sustineres in domo tua, quam sustines in anima tua? cum quondam Arca Domini e domo Ananadab ad regiam arcem Sion duceretur, & cespitantibus jumentis casura videretur, Oza Levita Domini nutantem tenuit; Rem miram! ea sollicitudo Oza vita stetit; repente enim obitu in terram corruit. (2. *Reg. 6.*) Quæ obsecro causa severe punitionis? respondet Lycranus (in 2. *Reg. 6.*) voluisse Deum, ut Arca hominum, & presertim Levitarum humeris portaretur; in eo ergo deliquit Oza, quod illam ab irrationalibus jumentis trahi permisit. Fuit Oza percussus a Deo, quando Arcam traxit inhumatum, quia tunc fuit manifestus, quod non debebat sic portari, sed humeris hominum rationalium. Jam se lubet arguere: si Dominus Deus adeo vitio verit Oza, quod Arcam ab irrationalibus brutis trahi permisit; quantum indignabitur, si videat animam hominis, vivam Dei arcem, a brutali corpore, ejusque cupiditatibus ducti! quis non metuatur eam, id est, animam tam periculolam ductore tractam inclinari, cespitare, collabi? quis non formidat, ambos in foveam calvos? o quantum huic deordinationi, ejusque periculis illacrimatus est Salomon Regum sapientissimus!

8. *Peritria, inquit, (Prov. 30.) inquitur terra, & quantum non potest sustinere. Quantum sunt tria hæc? primum est servus, cum renegaverit, alterum stultus, cum saturatus fuerit cibo, tertium adiosa mulier in matrimonio collocata. Hæc tria inquit sapiens, perorbant rerum ordinem, & totam terram infestant. Verum quid est quartum illud, quod omnino intolerabile est? Ancilla, quæ fuerit heres domine suæ, seu, uti septuaginta interpretantur (hic), Ancilla, cum domine suæ dominata fuerit: hoc intolerabilissimum est: sed quando confingitur? percipite explicationem S. Antonio Paduani (ser. 9. *Pent.*) Hoc contingit, cum corpus delicate habeatur, colitur, regnare permittitur; contra anima contemnitur, e gubernaculo ducitur, corpori in mancipium deputatur; *Dominus est ratio, ancilla est sensualitas, quæ etiam terra sustinere non potest, cum sibi ipsi dominationem usurpaverit rationis. Hæc! quam funesta tragedia consequitur, cum ignobilis serva, instruatum corpus, dominium obtinuerit supra animam! audite, quid Eliasus (1. 3. *Var. Hist.*) commoverit: Seniamus Babilonica serva blanditis, quibus regem Ninum demereri sciverat, in regnam evecata est; aliquando enim insperatus Rex, cæco amore dementatus,**

tatus, optionem illi contulit petendi, quidquid alliberet: petiti illa, ac impetravit, ut sibi unica dice liceret regnum moderari, & imperia dare; proclamatum est undique, iustumque subditis, ut qua preceptura esset Semiramis, fideliter exsequerentur: Illa, postquam modo hæc, modo alia ordinaverat, tandem regem ipsum obrucrare iussit, sicque regni coronam obtinuit. Ita fieri amat, cum servi, aut servæ regnandi potestatem arripiunt; ita fieri amat, cum corpus anime dominatur. *Principes manu suspensa sunt*, lamentatur Jeremias (Thren. 5.), quare? unde tantum infortunium principibus Israel? hoc fatentur ipsimet Israelite: *Egypto dedimus manus*, & *Affryti*, ut *saturaremur pane*, id est, prout hæc verba exponit Doctilis Sanchez (in Thren. c. 5. n. 6.) nos ultra captivos dedimus Ægyptiis, & Affrytis, facti sumus mancipia nostrorum mancipiorum ob modicam delectationem, hoc est, ob esum panis: *Servi dominati sunt nobis*, hinc illa lacrima, hinc ruina populi, hinc mille calamitates, hinc suspensum Principum. &c.

9. *Epilogus*. Christiana Anime! Notate bene hæc veritatem, & in peregrinatione huius vite, qua ad caelestem patriam pergitur, nunquam ducti corporis obsecundate, sed dominium anime relinquite. Dicite, quam enorme portentum foret, si videretis servos equis insidere, & regem pone pedem sequi? eadem certe deformitas est, si anima sensualitates corporis sectetur, ex qua finaliter deploranda, ac irreparabilia damna oriuntur. Recogitate denique seram, sed frustraneam penitentiam utriusque fratris raptati ad tribunal Judicis, quomodo lamentati, quomodo lacrimati, quomodo unus alterum detestati sunt? Idipsum & vobis ante tribunal Dei Judicis eveniet, si nunc brutales appetitus corporis sectamini; indubitatum enim est, quod ad illud antecedens, *venite, fruamur bonis*, ordinarie sequatur hæc consequentia: *Ergo erravimus*. (Sap. 1.) Quod benignus, & misericors Deus a nobis clementer avertat. Amen.

Feria II. Paschatis.

CONCEPTUS III.

De irrequieto timore, anxietate, & tormento malæ conscientie.

Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos. Luc. 24.

EXORDIUM.

Timor est peccati silius.

Nemo credat, peccatum infuscandum esse, produxit innumerabilem malorum progeniem; quotquot hæcenus adversitates & ærumna tam universales, quam privatæ huma-

num genus afflixerunt, sunt infelix partus damnosissima huius Matris. Prionigenia tamen proles peccati est *Timor*; ut primum enim in orbem irrepit, mox delinquentium conscientias anxietate, & confertatione concussit. Exemplo sint primi duo Peccatores Pater, & filius, Adamus, & Cainus. Adamus quidem, postquam uxoris allicio deceptus, ad veritatis fruges manum extendit, confestim timore percutillus, sub umbrosa arborum latibula se abscondit; quæ de causa? *Audisti vocem tuam, & timui*, ajebat ad Deum. (Gen. 3.) O miser Protoparens! ergone vox illa, quæ tibi antea fuit perquam amena, & delectabilis, vox illa, quam alliciuolo desiderio exoptat Spousa inquitens: *Sonet vox tua in auribus meis; vox enim tua dulcis* (Cant. 2.), hæc, inquam, Vox nunc terrorem tibi incutit? ista est, respondet S. Chrysostomus: (hom. 7. in Gen.) *Fugit Adam, & timet a voce Domini, quam prius non timebat*; *mox enim ut intexit in eo peccatum, timor, & tumultuatus cum invasi* &c. Cainus vero, postquam fraterno sanguine coheratas manus poluit, protugus, & ac vagus super terram nunquam non timuit, ac tremuit: aberat adhuc persecutor, & tamen metuculoa suspitione clamitabat: *Omnia, qui inveniit me, occidit me*. (Gen. 4.) Atque ut sua opinione in anxia hac confertatione majorem quodammodo securitatem sibi præfaret, quam Pater suus inter dumeta, & arborum umbras inveniatur, septenas omnino civitates edificavit. Quid ergo adeo expavit Cainus? expavit furias conscientia, ait S. Ambrosius (ap. Sporan. ser. sel. panth. 128.) *Offensebatur nimis illi ultionis sui imago peccati, nec quietum eum permittit*. Agnoscitis, Auditores, quod *Timor* sit filius peccati? Non ego ista discuro, quasi timor ille, quem hodierni Discipuli verbis illis testati sunt: *Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos*, quasi, inquam, hic timor ex male affecta conscientia originem traxerit. Abiit hæc a me dicere; cum non tam timor, quam facer quidem horror, aut stupor fuerit ob nova, inaudita, & supernaturalia, quæ cum Christo contigerant, prout explicat Cornelius. (in Luc. 24.)

Malæ conscientia semper est timida.

2. *Proposio*. Verum id æfirmo, conscientiam male sibi consciam adeo esse miseram, & metuculosam, ut ab inani imaginatione, ab arboris arido folio, a vento, a sabello, a culice, a pulice extrema possit confertatione repleri. Placet, Dilectissimi, audire malæ conscientie equalcos? audite. Favete.

3. *Confirmatio*. Iter una faciebant Dominus, ac servus. Hic, ut sibi apud Herum locum, nomenque faceret, multa admodum plectantur, mendaciterque se vidisse narravit, cum varias terras peragraret. Occurrit equitibus transversa via fugiens vulpes: qua conspecta, *Magna erat hæc vulpes*, ait Dominus. Cui mox servus: *Hoc nihil erat*, dixit, & ego vidi

vulpem hoc magnitudinis parem. (Stengel. T. 2. di. Judic. Dio. 1. 9. & ex Vicerius in arte discursus. Font. 23.) Intellexit facile Dominus, non Vulpem, sed mendacium servi posse cum bove æquiparari. Sed veluti admiratione defixus tacuit. Silentium servo pro admirationis indicio, & plausu fuit. Quia autem crepusculum erat matutinum, convertit se Dominus ad preces, etiam voce eas pronuntians, ut servus omnia syllabam audiret. Inter ceteras precatiois formulas adiecit, petere se a Deo, ut eo die præcipue a verbo mendacii se custodiret; tunc enim facti a periculo fluminis se custoditum iri. Observavit hæc precandi rationem servus, qui consistere se non valuit, quin avidissima curiositate interrogaret Dominum, quid sibi id genus precandi voluisset; Vilius est initio tergiversari herus, & invitus ad eam questionem respondere; sed regere famulo, tandem quasi ingens arcum detectatur, cum alto suspirio dicit: *Flumen est nobis transeundum hodie*, id quæ omnes merguntur, quotquot eo die mendacium diverunt. Oppuluit ad hoc dictum servus, & mendacii recentissimi conscientia ictus, vilis est tremere: pergunt interim, & non diu post ad rivum pervenit verum transeundum. Ibi jam in ripa quietantem herum subsequens servus rogat, ut subsistere paulisper velit. Eo subsistente, sciscitatur: *Hicne sit ille fluvius mentientium intersector*; nolle se tentare vadum, cum in Vulpe comparanda putet se aliquantulum errasse; neque eam bovi, sed juvenco dimittat parem fuisse. De vulpe parum curo, ait Dominus. Ceterum non hic est rivus, de quo dixeram: alius occurrit, nihil tibi hoc loco metue. Hæc factus, calcaria admovit equo, & vadum, servo turgens ejus premente, superavit. Paulo post ventum est ad altum amnem: quo viso servus cepit iterum trepidare, & querere, num hic sit ille mendacibus formidabilis amnis? cumque herus responderet, neque istum esse, subiecit servus, se prægnantem habere causam tam sollicitæ interrogationis; se enim non satis amplius meminisse prædictæ vulpis: existimare se, nec juvenco quidem parem, sed vitulo lactente non fuisse majorem. Salva res, intrant, & exeunt etiam ex hoc vado. Sed ad tertium tandem fluvium accedunt, ad cuius præcipua cum venissent: *Hic tandem est ille Verticatus defensor*, & mendaciorum purior fluvius, ait Dominus. Ad quæ verba attonitus servus pene ex equo delapsus est. Verum ubi se, viresque collegit, Veniam a Domino precatus, negavit se transivitum, eo quod mendacii eo die a se prolati confusio esset: *Non vulpem a se conspectam reliquis communibus vulpibus fuisse magnitudinis omnino parem*. Hoc audito, subridens Dominus, & hæc quoque ævia, inquit, alii communibus aquis par est, neque soles mendaces mergere. Ita mendacem aquarum minitiatione correxit, & ad veritatem promendam adduxit.

Et in omnibus eventibus, suspiciosa.

4. Quod ad rem nostram facit, est confertatio lamuli, ob mendacii conscientiam trepidantis, & flumina omnia, quotquot occurrunt, suspecta habentis; ea enim est peccati indoles, ut animum male sibi conscium indefertenti formidinis concutiat. Numquam vidistis, Dilectissimi, hujusmodi ægros, aut qui chirurga, podagra, vel calculo laborant, aut qui ulceribus per omne corpus pleni sunt? illi morosissime omnem tactum reformidant, & si quem etiam ex amicis proprius ad se accedentem conspexerint, metu vel levissimi tactus, tamquam vilis latrone, vociferantur. Hunc in morem confertitæ est malæ conscientia, ait S. Chrysost. (Hom. 18. ad pop.) quidquid obvium sibi habet, continuo expavescit: si aquam vidit, metuit fuscocari; si ignem, metuit concremari: si tempestatem, metuit fulmine tangi: quin immo istam umbram conspicit, aut fortitum noctu strepitum percipit, contremiscit, & de se proclamatum esse putat. Verba sancti Patris sunt: *Tasti est peccatorum consuetudo, omnia suspecta habent, umbras tremant; omnem scriptum timent, & quemque castissimum contra se venire*.

Nulla fecero fruitur gaudia.

5. Fastuosissimus Rex Balthasar cum mille optimatibus, uxoris, & concubinis helluabat splendide: mensa onerabatur aureis, & argenteis vasis, quæ e templo portaverat: choracule, & fides personabant amoenissimo concentu, aulicorum & famulorum cæteræ gratulandis vocibus clamitabant illud (Dan. 5.): *Rex in æternum vive*: cum ecce, horribile dictum! in supercilio parietis contra candelabrum apparebant digiti scribentis. Hoc ostento Rex appallecere, tremere, ejulare, & fere ad infaniam redigi: quænam ergo erat scriptura? Doctilis Speranza (scripsit. sel. panth. 128.) putat, impium Regem in his characteribus suas ebrietates, rapinas, aliaque scelera, & adjoined desuper mortis sententiam distinxisse legisse. O peccaminosa conscientia, ne tu in hoc Balthasare, tamquam in speculo, tuam imaginem cernis! Nonamus, Dilectissimi, peccatorum interesse hujusmodi recreationibus, quibus alii deliciose afficiuntur, ille nihil sentiret, nisi mœrorem. Interest conviviis? putat in omnibus scyphis, & orbibus scriptum esse: *Tu adulterasti*. Interest venationibus? putat ab omnibus feris, & arboribus sibi obijci: *Tu occidisti*. Interest musico concentu? putat ab omnibus strophis sibi occini: *tu pudicium amissisti*. &c. Verbo: tam misera est malæ conscientia, ait S. Chrysost. (lib. 1. de compun. cordis.) ut non aliter se habeat, quam ægroti illi, qui calidis febribus occupantur; dum nonnunquam e lecto furtive dilapsi, frigidam æcrem hauriunt, aut aquæ se immergunt, videntur sibi

aliquid solati invenisse, cum tamen hoc ipso febrium flammis, & lethales paroxisimos multiplicent.

6. Jam capio quodammodo rationem, ob quam Eruditissimus Hugo a S. Victore illa Prophetica verba (Thren. 2.): Magna est velut mare contritio tua, de mala conscientia intelligat: cur autem ita? cur pravam conscientiam mari comparat? percipite, obsecro, explicationem Doctissimi Auctoris. Videmus in orbe innumera bilis fluvios, rivos, & amnes, qui dulces, & pellucidus undas vehunt, quamprimum autem mari illabuntur, eorum aqua turbida, inamena, & impotibiles fiunt. Parem in modum hujus mundi gaudia, uti amicorum conversatio, familiares discursus, convivia, moderati lusus, hortii, ambulacra, aliaque recreationes, quas Deus, & naturalis honestas homini ad necessarium animi relaxationem permittit, si in conscientiam peccaminosam inciderint, fastidiosa, & amarulentia sunt. Tanquam mare contritio tua, quia in conscientia prava qualiscumque delibationis dulcedo semper admixto dolore inficitur. (Hugo a S. Vict. in Carb. Chri. in Gn. c. 2. Thren.) Manifestum hujus rei testimonium habemus in adultero Davide: Venit e castris Nuntius, ex quo Rex sciscitabatur, qui se habere res bellicas? quam optime, respondet ille, vicimus, hostem superavimus, triumphum retulimus. Incredibile est, quam letabundo applausu exsultavit integra aula: folum Rex trilabatur. Itene trilabatur in communi omnium letitia? solent belliduces affirmare, inter omnes mundi delicias maximam esse vicloriam militum, nec posse inveniri gaudia, quae ad caelestia illa propinquitus accedere videntur, quam triumphos victorum. Et potuit Rex David tam gaudioso nuntio non exhilarari? Ita est: merebat, lucebat, ingemiscebat: exulcerata conscientia non admittebat solatium: Peccatum meum contra me est semper, (Ps. 50.) ait; quocumque aspicio, in muris, in angulis, in mensis, in abacis scripta mihi videntur opprobriosa verba: Insuperasti, occidisti: &c. Quid multis? inquit Doctissimus Speranza: (Script. sed p. 152.) ob peccati perpetrati dedecus, & ignominiam, belli victoriam non sentiebat.

7. Ab initio audisti fabulam, nunc pro corone hanc in rem audite Historiam: Ludovicus Severus, ex Bojorum sanguine Princeps, (Dresel. in reg. damn. c. 2.) Maria Conjugis suae litteras, Ruchoni Aulico scriptas, per tabellarum errorem, domo absens interceptis, & cum epistola sensum non in omnibus atqueveretur, prout maligna est suspicio, cepit de fide uxoris dubitare, & credere, usam facinus, quod ne quidem cogitaret. Itaque internuntius, & lator litterarum, velut leno, obruncatur: dein Donnaventura sibi rem suam reddit, ubi praesentium aris flagitii suspicentem per satellitem mandatum jugulari: tum Matronam Aulicam Praesidem, quasi sceleris consciam, ex turri arcis praecipitari imperavit. Sed O barbarum facinus! his

quatuor funibus ipsa Maria, Integerrima Princeps, quintum accessit. Imperio Conjugis vere Severi caput manu carnificis illi amputatum. Verum tot patris flagitiis, adfuit vindex conscientia tumultus; prima statim nocte Ludovicus animi furis adeo exagritus fuit, ut, cum barba florente, & juvenili coma cubitum se contulisset, una nocte ita incaluerit, ut mane seipsum septuagenarium referret. &c.

8. Epilogus. En Christianae animae! equuleos mala conscientia: an possit infelicis quidquam excogitari, quam irrequietum hunc carnificem semper secum in pectore gerere? plane puto, quod non: S. Augustinus (in Ps. 45.) mecum sentie, inquilens: Inter omnes tribulationes humane animae, nulla est major tribulatio, quam conscientia delictorum. Rationem statim subnectit S. Doctor: quia videlicet in aliis tribulationibus possum clamare ad Deum: sed mala conscientia afflictio ubi inveniet Patronum? nullibi, nullibi: si in egestate, si in persecutionibus, si in morbis, ac doloribus corporis luctatur homo; clamabit ad Deum, & Deus exaudiet eum: at quod rei summa est, mala conscientia praeter tormenta intolerabilia Deum ipsum insensum habet. Heu! fugite carnificem; fugite conscientia equuleos: &c.

Feria III. Paschatis.

CONCEPTUS I.

Agitur contra homines bilingues, suffrones, & turbatores pacis, plurimorum malorum inventores.

Et dicit eis: Pax vobis. Luc. 24.

EXORDIUM.

Christus mundo pacem per suam Passionem procuravit.

I. Dicite, Christiani Auditores, quid sciendum putatis de flagitioso id genus homine, qui, quod alii homines laboriosum molamine extruunt, ipse destrueret, exempli causa, qui sumptuosissimum palatium, a Rege, vel Imperatore plurium annorum, & imensis aris impendio magnificentissime aedificatum, flammis incederet, partes artificiosae combinatas divelleret, juncturam omnem lapidum dissolveret, & insigne adificium in desolatum redigeret? profecto humana iustitia vix haberet poenam tanto supplicio parem: talis incendiarius fuit infamis ille Herostatus, qui Templum Ephesinum, mundi miraculum, subditis flammis combussit, non alio motivo, nisi ut per infamiam, sui nominis tamam aternitati consignaret. Jam attendite. Incarnatus Dei Filius triginta trium annorum, & infirmi laboris, sudoris, ac sanguinis impendio construxit sibi habitaculum pacis, id est, unitatem,

tran-

tranquillitatem, ac mutuum confessionem animorum, ubi tanquam in Palatio sibi dilectissimo habitare amat, iuxta illud: Si duo ex verbis confiterentur super terram: item: ubi duo vel tres congregati sunt in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Hae pax ad mentem Divi Augustini (Ser. 369.) hinc praecipuus fere scopus Dominicae incarnationis; ideo in primo statim momento, dum Dei Filius in stabulo nascebatur, Angeli promulgarunt pacem: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus (Luc. 2.) ideo etiam in ultimo fere momento Dei Filius, dum ad Patrem redibat, pacem apprecatus est suis: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. (Joan. 14.) Voluit nimirum Salvator, ut Evangelium, & Christianis mos esset lex, schola, & profectio pacis, ac caritas, idque tanto magis, quo Christiani populi felicitas vel maxime in mutua pace, & dilectione fundatur: percipiamus Augustinum (Ser. 57. de Veri. Dom.) Pax est serenitas mentis, amoris vinculum, confessorum caritatis: Hae est, quae hinc imitatur solis, bella compescit, comprimit iras, superbet calces, discendit sedes, inimicos conciliat, emulsi est placida. Quemadmodum igitur flagitiosus ille Regi Palatii incendiarius, de quo supra, nullo facis supplicio posset puniri; ita certe nefcio, quanta, & haud uno inferno digna est impietas eorum hominum, qui hanc animorum unitatem, fraternamque dilectionem scindere, & dissociare presumunt. Quinam sunt illi?

Suffrones autem tollunt hanc pacem.

2. Proposito. Sunt suffrones, subdoli blaterones, homines bilingues, qui vel in integra aliqua communitate, vel in domibus privatis discordiarum semina sciunt, pacem turbant, & inimicitias succendunt. Contra hos agere hodie constitit (quia quanto scelus hoc est frequentius, tanto minus cura habetur) illi quoque exprobrare, enormia damna, quae perverbia sua dicitate propagant. Favete.

Suffratio grande molus.

3. Explicatio. Sciendum igitur, suffrationem ad mentem Cardinalis Cajetani (in Sum. V. Suffr.) esse oblationem ad amicitiam tollendam inter aliquos, esseque peccatum mortale ex genere suo; tam quia avertit proximo per magnum, ac estimabile bonum, videlicet amicum; tam quia animos collidit, & omnia suscitatur plurimorum malorum momenta. Exemplum Suffrationis ganpiche depingit Cornelius a Lapide (Eret. 28. v. 15.) illo Apologo, quem ex Paezolo liberto Augusti desumptum citat. Aquila, inquit, in arbore adhaesans, pullos exalescat: ad radices arboris aper suos in antro fovebat catus: inter utrumque felis suos alebat ferus, illa sibi, fuscus tam ab aquila, quam ab apro metuens, aequilam adit, indicat hostem insidiae aprem, ab eo sibi, insidiae caveret. Dein aprem submovit, cave, inquilens, ne aquila, antro tuo superae incubans, catusque rapiat. Ita aquila rimens aprem, & aper te-

mens aquilam uterque se nido continet, uterque fame perit, uterque fell in paribulum cessit. &c.

Est praesertim inter famulos, episcos, & dissentientes.

4. Confirmatio. Hunc in movem agere solent perverfi Suffrones, duos inter se committunt, ut utrique placeant, mala feminant, ut sibi aliquatenus bene fit. Et primo quidem peccatum Suffrationis frequenter committitur a famulis, & ancillis; qui ut Dominis, & Dominibus se commendent, conservos, ac conservas subdole denigrant, de fide suspentas reddunt, itaque nonnumquam servitici expellunt. Secundo peccatum Suffrationis locum habet inter episcos, qui ut lucrosam negotiationem, accipiosos conductores ad se trahant, aliorum opera, & merces contemnunt, suas extollunt: ille tutor, ait quis, luscus confite caceos: ille factor, ait alius, facit laborem valde persustoriorum: ille caupo vendit vinum, ait tertius, fraudulenter mistum, & sanitatis nocivum: quod fit, ut unus alteri sustentationem, & quotidiana luera suffureret, aut minuat. Tertio denique peccatum Suffrationis vel maxime reperitur in dissensionibus: cum inter duas partes dissidiorum ignis exardescit, statim adfuit solis, qui flammam magis, magisque accendunt, intelligo garrulos ejusmodi blaterones, qui utriusque parti relata referunt, audita exaggerant, & inimicitiae oleum affundunt. Refer promouitur naturae Eruditissimus Joannes Zahn, (in econ. Mand. T. 3. ser. 5. d. 92. c. 4. n. 2.) in Gallia fuisse puellam, quae a nativitate duplicem habebat linguam. Verum haec monstrificum in Suffrone nihil est novum: ille enim duplicem linguam habet, quarum una huic homini calidum, alteri frigidum, haec album, alteri nigrum, haec saccharum, alteri venenum loquitur, ut utrique noccat. Quod possit esse fecleratus tali homine, qui proprie est operarius, & emissarius diaboli, tanquam infamissimi inimici pacis? Talem mihi haud alteri magis, quam vas plenum abominatione, & pestifero veneno: Suffroni edium, & inimicitia. & contumelia, nempe ait Card. Hugo (apud Corn. a Luca Beel. 5. n. 17.): Odium in corde, inimicitia in opere, contumelia in sermone, &c.

Suffratio tollit amicitiam.

5. Prohi! quam perniciosa domus forent, aut succitanti venenodi id genus homines! Vultis scire, Auditores, quae & qualis damna? Divinum Oraculum per os Ecclesiastici enuntiat, nihil esse pretiosius in mundo, quam amicum adilem: Amico sicuti nulla est comparatio. (Ecl. 6. v. 15.) Quare? quia amicus solatium est in afflictione, tutela in periculis, refugium in adversitate. Eho, quod mille milis, ac tribulationibus opprimat; certe videri mihi didicimus enecis deponisse, si amicum habeam cum quo consilia confarces, & animi merorem valeam partiri. Quid multis? tam infigne bonum est amicitia, ut dubitet Romanus Orator (de Amicit.) utrum inter terrena bona possit

N 4 pra-

tur. Secundo est Sacrificium Propitiatorum, quo Divina Justitia peccatis hominum irritata, ad misericordiam commovetur. Tertio est Sacrificium Satisfactorium, quos injuria, Supremo Numini illata, compensantur. Denique est Sacrificium Impetratorium, quo Divinae benedictionis dona, ac gratia e caelo in hanc terram uberissime evocantur. Insistamus huic quadruplici divisioni, & punctatim singula perpendamus.

§. I. Est Sacrificium Eucharisticum.

4. *Confirmatio.* Primo igitur Ineruentum Miffae Sacrificium Eucharisticum dicitur, quo Deo ter Optimo Maximo debita laudes, ac gratiae rependantur. Nimirum ex lumine naturae patet, quanto major est Monarcha alicujus Majestas, tanto majus etiam esse oportet obsequium subditorum: cum ergo Majestas Dei infinita sit, etiam obsequium creaturarum infinitum sit, necesse est. Hanc legem jam dudum humano generi promulgavit coronatus Pfalter: (Psal. 150.) *Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.* O mi David, tu quidem bene: verum quis, ubi, quomodo inveniet mundus honorem, & obsequium infinite Majestati proportionatum? sanguis integrum caeli ambitum libris, & libros omnes Divinis laudibus compleri: certe id omne obsequium, si cum Deo conferatur, minus est, quam si Regi terreno unius oboli munus ferret. (Lud. Gran. l. 1. p. 1. c. 1.) Proinde indubitatum est, Orbem universum nimis infirmum fore ad laudandum Deum secundum multitudinem magnitudinis ejus, nisi liberalissimus Deus ex suomet Gazophylacio nobis infiniti pretii munus commodasset. Quale est hoc munus? est Sacrosanctum Altaris Sacrificium: Ita quidem, ut si hodie Rex David e tumulo suo rediturus esset, fateri deberet, legem suam jam adamusim observari, Deumque secundum multitudinem magnitudinis suae laudari. Ponamus in mea potestate situm esse, ut possim novum Orbem creare, illumque metris Seraphinis replere, qui diu noctuque ardentissimis amoris affectibus Deum adorarent: Ponamus in mea potestate situm esse, ut valeam Sanctorum omnium ipsiusque Sanctissimae Virginis merita centuplicare: Nihilominus pro indubitato habere, per omne id, quantumcumque est obsequiorum genus, minus honoris accedere Deo, quam per unius Sacrificii oblationem. Ita testatur Irenaeus (cit. in Miraculorum in Proleg.) enarrans, fuisse animam amore Dei inflammatissimam, quae, cum olim insolito dilectionis affectu adivans, in hac desideria exardesceret; O mi Deus! utinam infinitis cordibus te amare, utinam omnium creaturarum etiam irrationabilium corda Seraphicis ardoribus accendere possim! a Deo hanc responsum recepit: *Filius meus, ego animo vestro: id omne, quod mihi bene capit, abundantere recipio per unius Sacrificii oblationem, quin uno per unum un-*

cum plus honoris mihi accedit, quam intellectus creatus cogitatione assequi valeat. Ratio hujus rei est; quia obsequium omnium creaturarum res finita, & suis limitibus circumscripta, contra Sacrificium Miffae ob rei oblate, id est, Divini Filii dignitatem infinitum est, &c. 5. Hae cum ita sint, quid mirum, quod Dominus Deus Sacerdotes suos nunquam non summis in honoribus haberet? Divinae Majestatis Thronum in caelis circumstant quidem officio Angelorum Myriades, sed quamprimam Sacerdos ad aram accedit, Sacrosanctum hoc Mysterium operaturus, cedit, ut ita loquar, Deus Angelorum servitio, eoque ad Ministerium Sacerdotis in admirabili hac functione ablegat. O Domine Neo-Myta, utinam ea oculorum acie valeret, qua quondam S. Chrylостомus, (l. 6. de Sacerd.) certe videret hodie innumeratas Beatiorum Caelitum phalanges huic Altari circumfundi. Perpendat, quanta sit Sacerdotis dignitas, cui etiam Angeli ministrant, audiatque gratulabundas voces Augulini acclamantis. (apud Pistorium Dom. infra ob. Corp. Cbr.) *Natura est major dignitas sub sole, quam Sacerdos Dei.* Praecellit regiam, atque Angelicam dignitatem, solo suo Creatore inferior est.

§. II. Est Sacrificium Propitiatorium.

6. Secundo. Ineruentum Altaris Sacrificium est Propitiatorium, quo Dei justitia, peccatis hominum irritata, mundo conciliatur. Nempe verissimum est, quod Angelicus Doctor affirmat, videlicet quodlibet peccatum esse infinitum quodammodo infinitum, ob Personae offensae dignitatem. Consequenter totius mundi creaturae non possunt de aequitate compensare unius peccati injuriam, quid dicam de millenis, ac millenis quotidie heri solitis? Hae peccatorum enormitate commotus Divinus Creator, poenitentia tangi coepit, quod creaverit hominem: *Poenitet me fecisse hominem.* (Gen. 1.) ideoque mundum, quem edificaverat, per diluvia, per urbium incendia, per bella, pestes, & populorum eversiones destruxit aggressus est. Non defuere veteres Patriarchae iratum Numen placare Sacrificiis, & Holocaustis: Solus Salomon viginti duo boum, & centum viginti millia arietum victimas fecit. Verum *Nunquid placari potest Dominus in millibus arietum?* ait Propheta. (Mich. 6.) Non, non: etiamsi creaturae omnes in holocaustum Divinae justitiae sese oblatura essent, certe haud satisfacturae essent de digho pro reatu unius peccati. Quis ergo tandem Deum propitium reddidit? quis pacem inter Deum, & hominem compulsi? ah! ne quaerite: Jesus Eucharisticus: *Iste est propitiatio pro peccatis nostris.* (1. Joan. 2.) Ipse est pacifica iris contra diluvia, validum securum contra Dei punientis spicula, salutaris medicina contra morbos, & poenitentiae, quas Divina Nemesis mundo comminatur. Ita satis clare docet Concilium Tridentinum (sess. 22. c. 2.) inquit; *haec oblatio placatur, vestrae enim*

ingenua dimittit Deus, gratiam, & donum poenitentiae concedunt.

7. O quam recte igitur Seraphica Mater Theresia (ap. Nic. Lauer. T. 1. opus. pag. 109.) exclamavit: *Ve mundo, si non esset Sacerdos!* quis scit, an non pagi, urbes, provinciae, aut integer mundus instar Sodomae & Gomorrhaidum interiret, nisi iusta Numinis ira propitiatorio hoc Sacrificio fuisset mitigata? Novetur itaque, mi Domine Neo-Myta, hodierno die ipsum consistat tanquam Mediatorem inter Deum & hominem. Ex parte Dei quidem tenetur pro viribus amoliri universales populorum plagas, & animarum ruinas. Ex parte hominis autem tenetur impedire, extirpare, eradicare peccata sceleratissimi mundi; quippe in Sacerdotis ordinari idem est, ac in Dei militem inaugurari: contra quem inimicum pugandum est? contra peccatum. Hoc ubiqueque venenosum caput erigit, velut pestilentissima Hydra, debellandum, ac opprimendum est. Verum obsecro, ne pigra laboris, & haesitans impensis, & deinceps impendendi: etiam si ad fidorem, ad sanguinem usque laboraverit, credat, erit opere pretium, dummodo per omnem vitam decursum unum unicum impediat peccatum mortale: ita, ita est, respo, quod dixi: non pigra diurni, nocturnique laboris: quid dicit: non pigra operum, dummodo per omnem vitam decursum impediat unum unicum peccatum mortale. Ne admiremini, Auditores, quod assero: ille ille veritatem hujus asseri capiet, qui Deo illuminante agnoscit, quam grande, quam enorme, quam terribile malum sit peccatum.

§. III. Est Sacrificium Satisfactorium.

8. Tertio ineruentum Altaris Sacrificium est Sacrificium Satisfactorium, quo apud Deum restus poenae, id est, supplicia ex peccato restida expunguntur. Si furum alicui Regi coronam regiam abstulit, haudquaquam satisfaci ablatam diadema restituendo, sed remanet supplicium attoni flagitio debitum. Parem in modum se res habet in offensae supremi Regis: quamquam peccati culpa per poenitentiam remissa esse ponatur, remanet tamen poena. Exemplo sit poenitentia David; tametsi omnibus sceleris veniam, caduceatore Propheta Nathan, impetravit, nihilominus morte praematura filios, ac populi strage leve castigatus fuit. O mi bone Rex! utinam jam tum ad manus habuisses sacrosanctum hoc Sacrificium! profecto illo, tanquam sponsa, reatum omnem poenae delere, & extinguere potuisses. Poenans enim millenos esse mundos, & unumquemque eorum sceleratorem praesenti; revera unicum Missae Sacrificium ex seipso sufficiturum laudat ad immentum hunc debitorem circumalium simul & semel expungitur. Dico: *Ex seipso* sufficere fuisse; poenae nos quippe se tenet defectus, si in justitiae Divinae

protocollo nigerrime annotati remanemus; quia videlicet nostra tepiditate, & debita reverentiae defectu saluberrimas operationes sanctissimi hujus Sacrificii suffraginamus, &c. Hae cum ita sint, clare consequitur, Sacerdotem nihil esse coram Deo aliquid, quam Legatum, & Advocatum totius humani generis, immensum illud pretium, quod totus mundus in futuris non habet, quinque verbis eaevo evocatur, Divino Patri pro peccatorum nostrorum debito satisfactorio. Quid mirum, statum Sacerdotalem, saltem olim, summis in honoribus fuisse habitum? Dico, *saltem olim*; ubi enim sunt modo Magni illi Antonii, qui obviam ubi Sacerdotem pro impetranda benedictione de genu venerant? Dico, *saltem olim*; ubi enim sunt modo illa Catharinae Senenses, quae etiam vestigia Sacerdotum pro osculo colere solebant? Dico, *saltem olim*; ubi enim sunt modo illi Phryges, & Athenienses, qui vel lumine naturae agnovissent, Sacerdotem in populo idem esse, quod solem inter sidera? O bone Deus! sine dubio colitur Sacerdos, vel sol inter sidera; iste enim nunquam omnium oculos in se rapit, nisi cum occyplum patitur: &c. &c.

§. IV. Est Sacrificium Impetratorium.

9. Quarto denique Sacrificium Miffae est Sacrificium Impetratorium, quo Divinae benedictionis gratia, ac dona largitur e caelo super hanc terram evocantur. O quam profusa liberalitate benedicit Deus Patriarchae Abraham! mox ubi filium suum unigenitum Isaac immolaturus, gladium evaginavit, continere se haud amplius potuit Deus, quin suum benedictionem illi liberalissime appromitteret: *Benedicere benedictum tibi.* Jam reflectamus oculos a figura ad figuratum: quis non confidat sacrosanctum Altaris Holocaustum ad promerendam Dei benedictionem tanto fore efficacius, quanto sacrificio Isaaci est praesentius? (Oforius T. 4. de sac. Missae.) Isaacus erat purus homo, Christus simul homo, & Deus; Isaacus nequaquam re ipsa vitam posuit, Christus cruenta in cruce Victimam vitam, ac sanguinem fudit. Isaacus oblatio non fuit, nisi mere finita, Christus ob dignitatem Theandricam fuit Sacrificium pretii infiniti. Quid sequitur? sequitur, si sacrificium Abraham adeo fuit potens ad promerendam Divinae largitatis beneficia, multo magis sanctissimum Altaris sacrificium potens fore, quo (sit audeatis dictionis venia) Divino Patri caelestis gratias, tam corpori, quam animae profusas, quasi vi extorquere valeamus. De Polositis, barbaro alias, sed in hoc ingenioso populo perhibetur, (P. Mandelin Ob. Corp. Cbr. allocut. 7.) quod a Rege suo gratiam sollicitatur, regiam Prolem brachiis getitare; itaque Regi se sistere loeant, indubitanter confidentes, nihil coram, quae pretiuri essent, sibi a Rege inuito dilectum mi filioli denegaturum iri. Subintra jam Doctum mus

Olorius. (*lat. etc.*) interrogans: *Quid denegabit offrendi Christum?* Nihil, nihil denegabit: &c. Proinde Oseeimus Neo-Myta, gratulor ipsi felicitatem suam maximam, quam hodie, ad thronum Divinae Bonitatis prima vice admittit, poterit vult emendicare: Ea, votorum suorum arriam paullo post habebit in manibus: roget ergo Divinam tam corpore, quam anima tenus largissimam Benedictionem: roget gratiam confortantem, ut sacerdotale Munus, quod nunc laudabilissime suscipit, usque ad finem vitae ad Dei gloriam, & animarum salutem magno cum fervore, ac zelo administret, &c. Verum & unum mihi liceat submonere, De Christo Domino in hodierno Evangelio dicitur, quod post comestum asinum piscem reliquias distribuerit: *Sument reliquias, dedit illis.* (*Luc. 24.*) Ita & ille, Domine Neo-Myta, reliquias sanctissimi huius convivii dispertire dignetur.

Ep. Ilogus. Est primo quidem ex reliquiis partem aliquam largiatur dilectissimo Patri, rogans Deum, ut insentes sumptus in educationem suam, & studia liberaliter impensis, calidus illi compendatur, productaque longevam senectutem plenam consolatione, eo quod viderit prolem a se progenitam sacerdoti dignitate fulgere. Secundo ex reliquiis partem tribuat Matri, ut si forte ob noxas, in hae vita contractas, peculiaribus adhuc flammis detineatur, hodie ad beatam Dei fructuonem admittatur. Legitur de anima, in Iulustro carcere detenta. (*Pratum Spiritu. c. 3.*) quod aliquando exultandis vocibus repente cantare coeperit: quanta, quam haberet inter tormentalium tande materiam? repositi, sibi ab Angelo suo Custode revelatum esse, iam nunc familia sua genitam esse prolem, quae post viginti quatuor annos Sacerdos futura, & se ex emendatoris formis cruciatibus liberata esset. O Domine Neo-Myta! quis scit, an non defuncta Parens, aut consanguine, purgantibus flammis detenti, iam a multis annis hodiernam diem, tamquam diem suae redemptionis expectant? Tertio denique partem ex reliquiis huius sancti Sacrificii tribuat patronis, ac promotoribus suis, qui immo omnibus praesentibus, ut virtute huius sancti Mysterii omni benedictione celesti, & gratia replentur, per Christum Dominum nostrum. Amen.

Peria III. Paschatis.

CONCEPTUS III.

Felicitas maxima, quam anima Religiosa per tria Vota caelestis Professionis acquirit, est individuum Christi Domini consortium.

Cum foret esset clausa, ubi Discipuli erant congregati, venit Jesus, & stetit in medio eorum, & dixit eis: Pax vobis. JOAN. 20.

EXORDIUM.

Jesus non invenitur in mundo, sed in monasterio.
Ugubre nuntium, terribile infortium retulit Sancta Magdalena Apostolis, vi-

delicet Jesum esse perditum: *Tulerunt Dominum de monumento.* (*Joann. 20.*) Quo animo exceperit Apostoli hac nova, facillius cogitatur est, quam dictum: certe minori cum lacru audissent, caelum & terram ruinam medicari: hoc enim quantum quantum damnum est, filium finitum est; sed Jesum perdere, factura infinita. Sine mora igitur omnes, praeprius autem amans Magdalena decrevere idipsum, quod olim Sponsa in Canticis. *Surgam, & circumdabitur per vicem, & plateas, quarum, quem diligit anima mea.* (*Cant. 6.*) Non me viarum pericula, non indaginis difficultas, non solis aestus, non noctis tenebrae dimorentur, donec inveniam amatum. Verum cheu! quis non doleat infelici Magdalene? quemadmodum Sponsa, ita & illa, frustrano labore fatigata, ingemiscit: *Quaerit illum, & non invenit.* Quamquam quod Sponsa Dilectum non invenit, haud adeo admirandum me habet; quia teste Ambrosio (*l. 3. de Virg.*) competente loco, & modo non quaesivit: quaesivit per vicem, & plateas, factum male! *Non est Christus circumforaneus.* At enim mirabilis est, Magdalenam non invenisse Amatam, cujus conversationem quam optime novat: ubi ergo quaesivit? quaesivit in sepulcro. O Sancta Mulier erras, erras. Dei Filius non detinetur amplius in sepulcro: ubinam ergo? hodie versatur in Monasterio. Quis auid? quid hoc novi? an eo tempore, statim post Passionem Dominicam, iam erant Monasteria? erant sine dubio, & hodierno quidem in Evangelio invenio primum: quid enim nisi ubi video claustrum, Religiosam Congregationem, & Jesum in medio illius, ibi videre me arbitror Monasterium: atqui hodie cerno claustrum, id quod insinuat per verba illa: *cum foret esset clausa:* cerno Conven-tum sacrum, seu Congregationem, id quod indicatur per illud: *ubi Discipuli erant congregati:* cerno denique Jesum in medio eorum: consequenter inuor Monasterium: Ita est: suffragatur huic meae opinioni Mellissius Bernardus. (*Serm. 6. de ascen.*) in hodierno enim Apostolorum Collegio vitae Religioae, ac Monasterio primis contemplatis, ita affatur incredulum Thomam: *Falleris, Thomas sancto falleris, si videre Dominum speras, ad Apostolorum Collegio separatus: In medio stat, id est, disciplina communis, vita communis, communitatis studiis delectatur.*

Cur Jesu in monasterio?

2. Propositio. Agedum, Sancta Magdalena, & tu Sponsa in Canticis, iam probe agnosceris, ubi quaerendus, & inveniendus sit Dilectus... Verum quid video? aliam ego hodie Magdalenam, aliam Sponsam sacram ante oculos habeo, nempe nostram Neo-Professam, quae Jesum Dilectum suum, in mundo diu quaesitum, nullibi securus invenit, quam in Religioso Ordine, quam in hoc sacro Parthenone; expertanimum sacro Novitiatu tempore, Jesum in medio

dio Religiosorum mentium consortio habitare. Id quod Iulius in praesenti explicare constituiti Favete.

§. I. Primo quia amat pauperem.

3. Confirmatio. *Stetit in medio eorum,* id est, Jesus versatur in medio Religiosorum mentium: quare? propter sanctam, & voluntariam pauperem. Non opus est prolis argumentis dilucidare, qua ratione Christus Dominus a teneris paupertatem amaverit, cum id ex omni vita illius ratione satis eluceat. Quinam erant parentes Christi Domini? erant pauperuli: noluit opulentos mundi Principes, sed inopem feminam, & sibi lignarium eligere, quorum opera sustentaretur. Quinam erant Natales Christi Domini? pauperum: non in palatiis, & castellis, sed in rupestro stabulo, non in plumis, sed in paleis; non inter famulorum catervas, sed inter brutorum consortium natus jacuit. Quid posset fingi pauperius? in illo tri-duo; quo in templo morabatur, ad mentem S. Bernardi, Bonaventurae, Alesii, (*ap. Cor. a Lep. in Luc. 2. v. 46.*) aliorumque ostantim si-tem collegit. Quid posset fingi pauperius? ad propagationem Legis Evangelicae inopes pifatores elegerit, quorum omnis suppellex in obsoleto reti, & cariola cymbala constabat. Quid mirum, Christianae anime, voluntariam pauperem Sanctam vocari? illud enim omne sanctum est, quod contactu Christi Corporis sanctificatum est: nihil autem unquam Corpori Christi tenacius, & propinquius adhaesit, quam paupertas, dicente Ambrosio; (*ap. Sporang. scrips. sel. p. 11. 114.*) *Recordare totam vitam Christi, & non inveniet nisi signata paupertatis.*

4. Ex hoc amore paupertatis conclusionem deducit Bernardus inquit: *si Deus adeo dilexit eos, qui necessitate erant pauperes, quanto plus diligit pauperes voluntarios, qui esu amore reliquerunt omnia, quae in mundo possidebant?* quinam sunt hi pauperes voluntarii? sunt homines Religiosi. Rident quidem ad hoc mundi Nasuti, & frequenter oggannunt: Bella pauperis, ubi Religiosi plura possident sub Christo paupere, quam sperare poterant sub mundo divite! Verum expedita est responsio: Distinguitur plura possident, si sermo sit de temporalibus. Nego: temporalia enim, quod contentit, quilibet Religiosorum in particulari pauperior est pauperissimo Mendicabulo; huic enim de vestimento suo, utit obsoleto, has est dicere: haec vestis mea est: sed meum, & tuum frigidum illud verbum, teste Cassiano, (*l. 4. c. 13.*) locum non habet inter Religiosos: Nemini has est hanc dialectum loqui: mea vestis, meus calamus, meus cutellus; quia haec omnia ad natum Superioris cedere, ac relinquere oportet. Plura possident, si sermo sit de bonis spiritualibus, & aeternis. Concedo: Hoc quippe illud ipsum punctum est, quod probandum suscipi, nimirum pauperem voluntariam esse dicendam, quae Deum possidet: Sanctus Am-

brofius (*Serm. 5.*) adimplatur asserto, inquit: *qui mundum non possidet, hic tuum possidet Salvatorem.*

4. Ex quibus rationem desumere poteris Auditores, qua de causa milleni Regum, Principum, ac Nobilium filii superna Divini Spiritus gratia illustrati, amplissima hereditate cum Religiosa paupertate commutavit. Nolim de altero, quam de glorioso Sancti Benedicti Ordine mentionem facere. Ille enim numerat quatuordecim Romanorum Imperatores; duodecim Imperatrices, quadraginta coronatos Reges, & quinquaginta Reginas, ultra quingentos Regum, ac Principum filios, filiasque, qui, coronis, sceptrisque generose calcatis, ad Divi Benedicti solitudinem convolant. Quo motivo autem impulsit mundum divitem despiciere, & Christum pauperem sectari amant? Respondeo, ex mera avaritia, verum ex sancta avaritia: terrena bona indigna reputant, in quibus immortale animum affigunt, ideo anhelant aeterna. Horum numero accenseri potest nostra etiam Neo-Professio: potuisset in mundo vitam agere satis delicatam, & comodatam; sed maluit perituris omnibus se excedere, ut tanto felicitur caelestis consequeretur.

§. II. Secundo quia amat castitatem.

6. Stetit in medio eorum, id est, Christus habitat in medio Religiosorum mentium: quare? Propter illibatam castitatem. Quisquis nosse cupit, quanto amore Christus Dominus preciosam hanc virtutem prosequatur, percipiat eruditam animadversionem Doctissimi Rupertii, (*l. 3. in Joann.*) *Quaestionem instituit hic auctor, cui Dei Filius, de celo descendens, non assumpserit adultam, sed potius ignobilem infantis aetatem? hunc certe in finem protulisset: bimet formare corpus prout olim Adamo in agro Damasceno formaverat, & tali modo prima statim die Evangelicae Predicationis, ac operi Redemptionis manum admoveat, & Audite, qua ratione laudatus auctor hinc quaestio- nis faciat: *Poterat quidem de terra sibi assumere, & plasmare novum hominem, poterat indere adultam aetatem, verum tali modo non esset Filius Virginis Mariae.* Intemerata castitas sanctissime Deiparentis adeo illi placuit, ut infantilis aetatis incommoda lubeus subire, & potius ardentissima desideria, quibus Redemptionis humanae opus perferre audebat, ad viginta annos prorogare, quam non esse Filius Virginis voluerit. Perferretur omnem Dei-Hominis vitam, & certe experientur, quod ubique- que detinebatur, singulariter semper amaverit puritatem: Vultis Jesum videre infantulum in praetepio? & ecce, ejus facies, acut perpercalas, erat tamen candidissima. Vultis Jesum videre gloriosum in Monte Thabor? & ecce, ejus vestimenta erant superna nivea radiosa. Vultis Jesum videre tempore illatum? & ecce, ejus sepulcrum erat ex lapide recenter excivum, in quo nullum adhuc cadaver jacuerat. Vultis Jesum*

vide.

videre ut Agnū immaculatum? & ecce, ejus pascua sunt inter lilia; qui pascitur inter lilia. Vultis denique Jesum videre ut Regem, & Dominum sanctarum animarum? & ecce, ejus thalamus, thronusque non minus, quam ille Salomonis, ex candidissimo chore debet parari, &c.

7. Jam fit Virginis Filius usque adeo estimat Anglicam puritatem, confurgit quæstio, ubinam locorum invenitur pulcherrima hac virtus? quid multis? Respondet subridens aliquis mundi trosculus: invenitur non minus in mundo, quam in Monasteriis. Itane in mundo puritas? quid posset esse immundus mundo? omne quod est in mundo, ait Dilectus Christi Discipulus, est concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. (Joan. 6. 2.) Hi capitales inimici conjuncto fœdere castitatem persecuti, & mundo eam eiecerunt. Quodein confugit ejecta? ubi asylum invenit? certe in Monasteriis: ibi fruatur perpetuo jure hospitalitatis, ibi feminarum sunt lihorum, ibi supra portam Parthenii cujusque aceterii trabalibus litteris inscripta videntur Psalmica verba: *Adducuntur Regi Virgines post eam.* Sed quid mirum in sacro hoc recessu inveniri illibatam animarum mundiciem; quippe a qualibet felici anima, qua Christo desponsatur, in ipso statim ingressu idipsum exigit Divinus Sponsus, quod olim a Sponsa in Canticis: *Pone me ut signaculum super cor tuum.* (Cant. 8.) Quale est hoc signaculum? nempe requirit Divinus animarum Sponsus octypon suorum cordibus Sponsarum cum in morem imprimi, quo modo imprimitur litteris annuli sigillatori effigies: quemadmodum legitur arcam, aut litteras ita sigillatas nemini alteri, quam sigilli Domino fas est referre; ita vult Dominus Deus, ut ad cor sibi desponsata Virginis nulli alteri, quam sibi soli accessus pateat. Attendite, Dilectissimi, videbitis paulo post, qua ratione nostra Neo-Propheta omni mundano amori renuntiet, solumque Deo cor integrum confingat. Quid faciam aliud, quam gratulabundus illi acclamatione verba S. Hieronymi: (in Epist.) *O felix conscientia, in cujus corde nullius alterius amor, quam Christi invenitur!* &c.

§. III. Tercio: quia amat obedientiam.

8. *Sic sit in medio eorum*, id est, Christus habitat in medio Religiosarum mentium. Quare? propter virtutem obedientiæ. O quanto studio, & amore complectebatur Dei Filius hanc sanctam virtutem! Doctissimus Suarez (de stat. Relig. T. 6. l. 3. de voto c. 1.) cum numerata Theologorum appendice defendit, Christum Dominum in claustris Virgine corporis fuisse Religiosum, & in primo Conceptionis suæ momento emisisse Votum obedientiæ: fundamentum hujus opinionis desumit ex verbis illis Psalmista: (Ps. 17.) *Juravit Domino, Vasum vocis Deo servus; ab hoc voto totius vitæ illius actiones,*

verba, & opera dependebant. Quamquam enim magna Vita Divina pars a factis Historiographis non fuerit descripta, nihilominus omnium eorum, quæ Christus in vita solitaria a duodecimo, usque ad trigessimam annorum ægit, compendium edidit S. Evangelista Lucas, verbis illis: (c. 2.) *Et erat submissus illi.* O compendium admiratione dignissimum! Interroga, mi Christiane, cum S. Bernardo: *Quid est ille submissus?* & respondebit Propheta Isaias: (Isa. 50.) *Interrogo, quis est ille submissus?* & respondebit coronatus Plantes: *Est magnus Dominus, cujus magnitudinis non est finis.* (Psal. 144.) Interroga, quis est ille submissus? & respondebit Propheta Daniel: *Est ille Dominus, cui millia millium ministrant, & sedes centena millia affertur.* (Dan. 7.) Ulterius interroga, quibus erat submissus? & respondebo, pauperula Virgini Mariæ, & fabro lignario sancto Josepho. Consequenter, si milles interrogaveris, nichilomo, cur illud, vel istud fecerit Salutar tuus, milles responsum tibi dabo: ex obedientia: cur dormit Jesus? ex obedientia: cur bibit, ac comedit? ex obedientia: cur vitam diu absconditam ægit? ex obedientia: cur denique amarissimum Passionem subivit? ex obedientia. *Neperderet obedientiam, perdidit vitam,* ait S. Gregorius. (ap. Evangel. ad. Emp. T. 2. in Psal. Nat. Dom.)

9. Quodsi nobilis hac virtus tam pretiosa est Dei Filio, jam iterum quæstio oritur, ubinam locorum illa invenitur? ah! nullibi minus, quam in mundo, ubi plenis suis furis dominatur voluntas propria: obedientia est instar hederæ, muris adheret, id est, maris monasteriorum. Ibi habitant homines sine oculis, quia eodem modo jussa facere; homines sine intellectu, quia mandatorum rationes nullo modo scrutari; homines sine voluntate, quia illud volo, vel nolo in primo statim Ordinis ingressu credere, resignare, ac repudiare debent. Habetur pro miraculo, quod S. Dionysius, S. Albanus, S. Ursinus Martyres abscessa capitis propositis manibus tulerint; verum hoc miraculum nihil novum est in monasteriis, ubi Religiosorum quilibet caput suum Superioris manibus portandum relinquare debet. Attendite bene, Dilectissimi! & statim videbitis, qua ratione nostra Neo-Propheta mundanum caput suum depositura, illudque in manus sue Antilitis irrevocabiliter consignatura sit, &c.

10. *Epilogus.* Felix anima! gratulor illi tantam sortem: cum enim hodie cor suum tribus Religiosis Virtutibus exornat, *hæsit in medio eorum*, certe illud in perpetuum Dei inhabitantis palatium preparat, & dum voluntaria paupertate, castitate, ac obedientia mundana omnia abiecit, felicissimum cambio promissum illud æternæ beatitudinis centuplum acquirit. Vivat igitur dives in paupertate, vivat virtutibus secunda in castitate, vivat Deo propria in obedientia, & Divini Sponsi sui consortio in tempore, & æternitate inseparabiliter fruatur. Amen.

Domi-

Dominica 1. post Pascha.

§. I. Pax cum Deo. Deum cur Deus paci vocetur?

CONCEPTUS I.

De Pace servanda cum Deo, cum proximo, & secum ipso.

Pax vobis. Joann. 10.

EXORDIUM.

Post utroque diluvium tam aquæ, quam sanguinis pax donatur mundo.

1. Gemina vice Dominus Deus mundo extrenis infensum, geminatam vice diluvium super universum effudit. Itane? gemina vice? quis scriptor hæc nova? Ne miramini: primum illud diluvium in aqua fuit tempore Noem, alterum illud contigit in sanguine Filii Dei: utroque lavacro mundus mundatus est: primum illud diluvium provenit a justitia Dei, alterum a misericordia; in primo non ultra octo animas salvatae sunt, in altero saluum factum est totum humanum genus. Illud autem singulariter admiror ego, quod, finito utroque Divinæ Justitiæ spectaculo, Dominus Deus in reconciliationis tesseram illud semper pacem donavit: post primum illud cataclysmum aquæ columba in arcam rediit, *portans ramum olivæ viridibus foliis.* (Genes. 8. v. 11.) qui erat signaculum pacis. Post alterum vero sanguinis, Christus ipse ore proprio olivam tulit, Apostolis suis appretatus: *Pax vobis.* Neque satis hoc. Verum insuper discrete præcepit Apostolis, ut tam nobile pacis donum una cum Evangelii semine per universum, qua late patet, Orbem circumferrent: *In quæcumque domum intraveritis, dicite pax huic domui.* (Luc. 10. v. 5.) Unde est, quod hodieum in mutuis salutationibus, in amicorum adventu, aut habitu, in Sacramentorum administratione, & in ipso Missæ Sacrificio pacem populo apprecari solemus: felicior esset Orbis, si hæc apprecatio ubique fuisset effectum; est enim pax, teste Augustino, (serm. de Verb. Dom.) *quæ simulatres tollit, bella compescit, iram comprimit, superbas calcas, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat, cunctis est placida, nocens extollit, nocens infert.* Pax est juxta Philonem, (apud Antonin. serm. de caritate.) *maximum, & Divinum Bonum.* Pax est, ex qua pendet Orbis universi felicitas.

Pax triplex cum Deo cum proximo, & secum ipso.

2. *Proposito.* Quid aliud agam hodie, nisi ut de præstantia Divini hujus Boni disseram? & quoniam triplex oritur potest bellum, contra Deum, contra proximum, & contra seipsum, ideo de triplici hac pace loquar; felicem me, immo felicioris vos, si persuadeam. Favete,

3. *Confirmatio.* Sanctus Apostolus Paulus, ubi Romanis Benedictionem Divinam appretatur, hæc verborum formula utitur: (Rom. 15. n. 32.) *Deus pacis sit cum omnibus vobis.* Idemmet alibi repetit: *Deus pacis conservet Sabaotam.* (Rom. 16. v. 20.) Si quis dubitat, cur hæc loquendi formulam uterpet, cur non aiat, Deus Potentia, Deus Majestatis, Deus Misericordiz, Deus Justitiæ, &c. Audiat explicationem doctissimi Stapletoni (text. 4. Dom. Pent.) Si quis Regum plura possidet regna, ab eo titulum maxime gerit, quod celebrius amplius, & honorificentius est: ita dicimus: Rex Hispaniarum, tacito Catalonia, Murcia, & Analfusia, aliisque regnis. Ita dicimus Romanorum Imperator, nulla mentione facta Bohemiz, Hungariæ, Neapolis, & Siciliæ, &c. Parem fere in modum Dominus Deus audire vult Deus paci: usque adeo pacem æstimat, ut hujus titulum fere ceteris attribuit præferat, & hoc ipso significet, ex se nihil desse, quo minus integra, & inviolata pax inter Deum & hominem constanter servetur.

Deus punit coactus.

4. Hæc cum ita sit, cur ergo Pacificus Deus adeo frequenter in iras exardescit? cur minatur bella, cædes, ferilitates, pestilentias? cur fulmine, grandine, procellis, pruinis mundum ferit? &c. O Christiana pectora! nolite querere, coactus, provocatus, læcensus hæc facit; Peccatum est illa rebellio, quæ pacem cum Deo frangit, fulmina etiam notantis extorquet. Quis terrenorum Principum inultus sustinet perfidiam contra pacem, & fœdera? certe vires omnes Regni convocat, ut fœderis gremio puniat. Et Rex Regum, ac Dominus Dominantium impune patitur læa vermiculo terre, a gleba lutea, a putredinis feminariorum contra milles repetita monita, pacem, ac propostia offendi, contemni, despici, ac provocari? Vultis igitur Deum Protectorem, non Adversarium experiri? vultis in anima, in corpore, in foris, in rebus vestris omnibus indennes, feliciter vivere? vultis Dei indignantis supplicia amoliri? ponenda sunt arma rebellia peccatorum, vita insinuenda est secundum sanctissimas Divinæ voluntatis leges: *quis enim resistit ei, & pacem habuit?* (Job. 9.) Nemo, nemo: nullibi legitur, peccatum, & pax, impietas, & pax oculatae fuit: nullibi verum illud decantat Psalmista: (Psal. 3.) *Justitia, & pax oculatae fuit.* Justitia, & pax sunt germanæ sorores, teste Augustino: (ap. Sellar. bic.) *amas pacem? necesse est, ut & ames justitiam: est autem justitia perpetua voluntas cuiuslibet tribuendi suum, & consequenter tribuendi Deo honorem & obedientiam, ac mandatorum observantiam; Hæc sine frustra*

Pa-